Ntonius de:& uen:cor:totam herbam seu fenum fu-turum quantuncunq; & qualecũq; fuerit:& quod erit & percipi & haberi poterit pro anno presenti in prato suo situo ad cent:cuius hi dicuntur confines:& c:pcipiendũ col ligendum & haben:sua auctoritate omnibus ipsius emptoris: suptibus & expensis:& ad causam suam ex nunc custodiã:& oẽz periculum atq; casum rapine. incendii:inundationis aquaruz & cuiuscunq; alterius fortuitu euentus semel uidelicet tantũmodo secandum & colligendum tempore competenti illo.s:quo prata secantur. p pretio:xx:lib.bono: quod pretium dictus uenditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepis se excep.sibi non dati & non soluti precii doli et infactum et oĩ alii auxilio omnino renuntians:et pmittens ipsi cor: p se et suis heredibus stipl. predictum fenum sibi ab omni homine & uni-uersitate legitime defendere auctorizare & disbrigar:& predcãz uenditionem omnia & singula suprascripta firma & rata habere & tenere:& non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub tali pena & c. ut supra

Si uero futuri fructus uendãtur & certo
termino dati pmutãtur ita scribes

Ntonius dedit & uen.cor.omnia futura uellera: siue

futuram lanam quantacunq; & qualicunq; fuerit. & quam tondi & haberi contigerit in anno presenti ex ccc. ouibus suis quas habet in maritima. ipsam lanam infra xv. dies dictis ouibus tonsis eidem cor: dare & cõsignare boñ: omnibus suis expensis: solemni stipulatione: ꝓmittens pro pretio v: sol: bono. pro quolibet uellere. siue: x: lib. bono. ꝑ quolibet: c: ponderis dicte lane. de quo pretio dictus anto. confessus & contẽtus fuit se ab ipso cor. habuisse & recepisse: xxx. lib: bono: exceptioni sibi non date & ñ solute quantitatis omnino renuntians: Residuũ uero dicti pretii ꝓut in summa fuerit & ascendet. idem cor. dare & soluere ipsi ãto. solẽni stipulatione. ꝓmisit quando dicta ponderata & consignata eidem fuerit que omnia & singula suprascripta promisit una pars alteri adinuicem solemnibus stipulationibus hinc íde interuenientibus firma & rata habere & tenere obseruare & adĩplere: & c. ut supra habes in instrumento arrarum. Veruntñ si alie obligationes & ꝓmissiones interuenerint puta de datioĩb⁹ & solutionibus predictis faciendis ubiq; locorũ & fori & de preceptis recipiendis recurrer̃ & subsequentez rubricam ubi agitur de his que ad tempus debentur

Instrumentum uenditionis usufructuum ad plures annos ita scribes.

Ntonius dedit uendidit cor: usussfructus: redditus: & obuentus & ius utendi fruendi & fructuum perceptionem cuiusdam uinee site in uilla sancti rophili. cuius hi dicuntur confines & c. hinc ad quinq; annos ꝓx: Dans & concedens eidem dictam uineam & arbores & omnia que in ea sunt & infra predictos continentur confines: habenda utenda & fruenda libere per se & alium quem uoluerit hinc ad terminũ supradictum. ꝑ pretio. l. li. bono. quod precium confessus & contentus fuit se ab ipso cora.

habuisse & recepisse :exceptioni sibi non dati & non soluti pretii omnino :renuntians:& ꝓmittēs dcō cor: ꝑ se & suis heredibusstipul. predictam uineam & omnia que in ea sunt libere utēda & fruenda:ut dictum est ei & suis heredibus;ab omni homīe & uniuersitate legitime hinc ad terminū supradictuȝ.& dictos usus fructus quos in dictis quinq; annis perceperit:tam in terminum q̄ postea perpetuo legitime defendere auctorizare & disbrigare.et predictam uenditionem et omnia et singula suprascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel per alium aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena.c:li: bo:stipulatione promissa et refectiōe damnorum et expeñ.litis et extra et obligatione omniū suorū bonorum . et pena soluta uel non predicta omnia et singula firma perdurent E contra dictus cor:ꝓmisit dicto an: ꝑ se et suis heredibus stipulāti uinea predicta et omnibus que in ea sunt sine fraude uti et frui:ipsam et fossata et sepes eius manutere et conseruaṙ et eā quilibȝ anno debitis temporibus bene putare:releuare:et ligoniȝare:et remenare.et in omnibus et per omnia bene et sine fraude colere arbores sicas:uel uirides non incidere sine domini mādato:Et finito termino dictam uineam in eque bono statu ut ñc est ipsi domino relaxare et consignare sub pena:c:li:bo.et c: ut supra eodem hoc instrumento

Instrumētum uenditionis actus et itineris

Ntonius dedit & uē.cor. Iter & actum īperpetuum in campo & per campum suū situm in curia sancti rophilii a mane quod possidet talis & c.a mane dicti cāpi: p uiam latitudinis vii:pedum tenus fossato campi predicti quantum protendit ipse campus ad uineam siue fundum ipsius cor. situm iuxta predictum campum.Ita ꝙ ipse & eius hr̄des & qsq;

alter eius nomine deinceps imperpetuum per campū predictū possit libere dicta uia quandocunq; & quotienscūq; ad uineam predictam: ire. transire. & redire: cum personis; plaustris: astis: & equis: dans cedens & concedens eidez plenuz ius dicti itineris actus & uie & huic conditioni & seruituti perpetuo subiiciens rē eandem: ꝑ precio: x: li. bo. quod preciuz dictus uenditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse: exceptioni sibi non dati & non soluti pretii omnino renuntians. Et dans ei licentiam & liberā potestatem ipsius itineris actus & uie & iuris conditionis & seruitutis quasi posses. ex nunc sua auctoritate intrandi & de cetero retinendi: & constituens se in interim quasi possidere suo nomine. necnon ꝓmittens dicto emptori ꝑ se & suis heredibus stipulātibus: litem uel controuersiam ei uel eius heredibus de predictis uel predictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire; sed ipsum iter actū uiaz ius cōditionē & seruitutem. perpetuo ab omni homine & uniuersitate legitime deffendere auctorizare & disbrigare: & predictam uēditionem & omnia & singula suprascripta perpetuo firma & rata habere & tenere & non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena decem lib: bo:

Instrumentum uenditionis & cessionis iuris tignorum ponendorum in parietē uel muro ita scribes

Ntonius dedit uendidit cessit & concessit cor: ius trabium & quoruncunq; lignorum immitendorum in pariete siue muro domus ipsius anto. contiguo domui ipsius cor: ut quandocunq; & quotiēscunq; opus habuerit & uoluerit & possit sua auctoritate immittere seu impingere trabes & q̄cunq; ligna usq; ad medium seu usq; ad interiorem tunicam dci

muri dummodo murus ipse ruine uel precipicii siue grauis de-
teriorationis periculum non incurrat murum ipsum hiuc per-
petuo subiitiens seruituti: ꝓ pretio. x. li: bo: quod pretiuꝫ dictus
uenditor confessus & contentus fnit se ab ipso emptore habuisse
& recepisse. excep: sibi non dati & non soluti pretii omnino renū
tians: & ei licentiam & liberam potestatem ipsius iuris & seruitu
tis quasi possessionē ex nunc sua autoritate intrandi & de cetero
retinendi: & constituens se interim quasi possidere nomine suo
necnon ꝓmittens dicto emptori ꝓ se & suis hr̄dibus stipulanti
bus litem uel controuersiam ei uel eius heredibus predictis uel
predictorum occasione. ullo tempore non inferre nec inferēti cō
sentire. sed dictum ius & seruitutem perpetuo ab omni homīe
& uniuersitate legitime & c: ut supra ī precedenti contractu

INCIPIT: Secundum Capitulum de Dotibus

RECEDENS. CApitulum rerum immobiliū
& mobilium traditionum continet instrumen-
ta. Verum quia non solum his titulis & modis
quibus in capitulo ipso fit mentio. imo etiam p
dationem in dotem res eedem in alterum trans
feruntur & ex matrimoniis: unde dotium constitutiones originē
trahūt quedam etiam alia ꝓdeunt instrumenta: Idcirco secūdo
loco capl̄m hoc dotiū & alioꝝ ex matrimoniis ꝓcedentiū contra
ctuum formas docet

Instr̄m dotis cōstitute ī re īmobili īextimata

Ominus martinus dedit & tradidit antonio ꝓ se & ei⁹
heredibus recipienti ī dotē & noīe dot̄ dn̄e math: ipsi⁹

filie dicto anto: matrimonio copulate: domum unam inextima tam ſitam in tali contrata: cuius tales dicuntur confines & ce: ad ha: te: po. & quicquid ſibi & ſuis heredibus debito iuris ſaluo: de inceps placuerit faciendum . cum omnibus & ſingulis que infra predictos continentur confines; uel alios ſiqui forent acceſſibus & egreſſibus ſuis uſq; in uiam publicam: & cum omnibus & ſin gulis que habet ſuper ſe uel infra ſeu intra ſe in integrum oīq; iu re & actione uſu ſeu requiſitione ipſi rei modo aliquo pertinēte Quam rē idē dn̄s Ar: ſe dicti an. nomine coſtituit poſſiderē dōec ipſius rei poſſeſſionem acceperit corporalē. quā accipiēdi ſua au toritate & retinēdi deinceps ei licentiam oīmodā dedit: ꝓmittēs per ſe & ſuos hr̄des. dicto an: ꝑ ſe & ſuis heredibus ſtipl'. predic tam rē ei & ſuis hr̄dibus ab oī hoīe & uniuerſitate legitime deffē dere. autorizare & diſbri. & predictā traditionē & oīa & ſingula ſupraſcripta firma & rata habere & tenere & non contrafacere ul' uenire per ſe uel per alium aliqua cauſa uel ingenio de iure uel de facto ſub pena. c. li: bo: ſtipulatione ꝓmiſſa & refectione dam norum & expenſarum litis & extra. & obligatione omnium bo norum ſuorum: & pena ſoluta uel non; predictā omnia & ſigu la firma perdurent: Qua ꝓpter uerſa uice dictus an. ꝓmiſit ꝑ ſe & ſuos heredes ſine aliqua exceptione. iuris uel facti: ſē obligan do dicto domino Ar: ꝑ ſe & ſuis heredibus ſtipl'. reſtituere eidez aut dicte dn̄e math; ſiue ipſorum hr̄d: his uel cui ius dederit & caſus. predictam domum in omnem euentum reſtituende dotis ſub pena. c: li: bo: ſtipulatione promiſſa qua ſoluta uel non pre dicta omnia & ſingula firma perdurent: Item refficere & reſtitu ere ſibi omnia damna & expen: ac intereſſe litis & extra. ꝓ quib' omnibus & ſingulis obſeruandis obligauit eidē omnia ſua bōa Ceterum mandauerunt & uoluerunt duo unius eiuſdem tenoris ex his fieri inſtrumenta unum uidelicet pro unaquaque partiuz predictarum: & cetera

Instrm̃ dotis constitute in re imobili ex timata in pecunia & rebus mobilibus

Omina mathelda filia quondam domini Ar. de: & tradidit iure proprio imperpetuum anto: eius sponso & uiro p se & suis hrd̃. recipienti in dotem & nomine dotis petiam unam terre aratorie: extimatam: c: li: bo: positam i uila sancti rophilii: in tali loco. que esse dixit & co͞uenit: x. tor: & ei⁹dem tales esse confines: & c. ad ha: te. pos: & quicquid sibi & suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnib⁹ & singulis que infra predictos continentur confines: uel alios si qui forent accessibus & egressibus suis usq; in uiam publicam: & cum omnibus & singulis que habet super se uel infra seu itra se in integrum omniq; iure & actione usu seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente: Quam rem ipsa domina math. se dicti antonii nomie co͞stituit possidere usq; quo ipsi⁹ rei possessionem acceperit corporalem. quam accipiendi sua auctoritate & retinendi deinceps eis licentiam omnimodam dedit pmittens per se & suos heredes dicto an: p se & suos heredibus stipl. litem uel controuersiam ei uel eius hrdibus de re ipsa uel eius parte: ullo tempore non inferre nec inferenti consentire. sed ipsam rem tam i proprietate q̃ in possess. ei ul suis hered: ab omi homine & uniuersitate legitime deffendere auctorizare & disb. & predictã traditioné & oia & singla suprascripta perpetuo firma & rata habere & tenere & no͞ co͞trafacere uel uenire: ul p se ul paliũ aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto. sub pena dupli dicte extimationis stipl. pmissa & refectõe dãnoꝝ & expeñ: litis & extra & obligatõe oĩũ bonoꝝ suoꝝ & pena soluta uel non predcã oĩa & sigula firma pdurét: Itẽ dict⁹ an. co͞fessus & co͞tétus fuit se hũisse & recepisse ab ipsa dña ma: i doté & noĩe dotis i alia pte: l. li. i deñ: & reb⁹ mobilib⁹ extimat excep. sibi ñ date & ñ so-

lute quātitatis & res mobilium oīo renuntians. Necnō ꝑmittēs per se & suos hrđ. dicte dñe math. ꝑ se & suis hr̄. stipľ. soluer̄ & dare ac restituere eidem aut eius hrđibus siue cui ius aut casus dederit dictas cc. li: bo. in omnē euentū restituende dotis sub pena dupli dicte quātitatis pecunie stipuľ. ꝑmissa qua soluta uel n̄ predcā oīa & sīgula firma perdurent: Item reficere & restituere sibi oīa & singula dāna et expens: ac interesse litis & extra ꝑ quibus oībus & singulis firmiter obseruādis obligauit eidez oīa bona sua. Ceterum uoluerunt & mandauerunt ex hoc cōtractu duo unius eiusdēq; tenoris confici instrumenta: unū uidelicz unicuiq; ptium dādū: Et nota ꝙ qn̄ contigit casus predictus uidelicet ꝙ datur in dotem res īmobiľ extimata & pecunia cuz rebus mobilibus potest saluari forma predicta. Sed nihilominꝰ potest etiam seruari alius modus qui mihi non minus sed magis predicto placet. facies enim duo instrumenta unum de sola traditione rei īmobilis extimate ꝙ incipies secūdum ꝙ īcipit īstr̄m predictum & continuabis per totum usq; ad illū locum. Itē dictus antonius. & ibi terminabis instr̄m pones subsequenter locū & testes. & hoc instr̄m erit uiri uel accipientis rem. & postea facies illud instrumētū dotale ꝑ uxore siue ꝑ eo q dotē dat hoc mō

Instrumentum dotis

Ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse ac sibi integre datas solutas numeratas & traditas esse a dña math: eius sponsa & uxore in dote & nomine dotis: cc: x. li. bo: hoc modo: s: c. li: & l. bo. in una petia terre aratorie posita in tali loco extimata ipsa quantitate. c. li. bo: Quam petiā terrē dicta dña math: ipsi an: extimatam ut dictum est. tradidit ut pz instrumento scripto manu mei not: subscripti: reliq̄s uero. c: li. bo. in pecunia & rebus mobilibus extimatis: excep: sibi non date & non solute & non tradite quantitatis pecunie & rerum mo-

bilium siue dotis omnino renuntians. Necnon promittens per se & suos heredes dicte domine math. ꝑ se & suis heredibus sti pulantibus soluere & dare ac restituere eidem ac eius hrđ. stipul. siue cui ius & casus dederit ipsas: cl: li. bo: in omnem euentum restituende dotis restituendo predictam dicte petie terre extimationem aut dictam petiam terre si tunc temporis penes se uel eius hrđ. fuerit ita tñ q in optione sit ipsius domine math: uel eius hr: siue illius cui de iure restituenda fuerit dos predicta. recipere alterum q maluerit predictorum extimatōm uidelicet siue terrarum sub pena dupli dicte quantitatis pecunie stipulatione ꝓmissa qua soluta uel non predicta omnia & singula firma perdurēt Item reficere sibi & restituere damna & expensas: ac interesse litis & extra: ꝓ quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit ei omnia sua bona. q uero dictum est supra: s. de restituenda extimatione uel re: intelligas ponendū esse ī instrumēto si expressim inter partes agatur: alioquin directo ꝓcedas illam clausulam pretermittens

Instrumentum dotis constitute in pecunia & rebus mobilibus ita scribes

Ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse ac sibi integre datas: solutas. & numeratas eē a domino Ar. dante & soluente dotis nomine & ꝓ dote dñe math: eius filie ipsi antonio matrimonio copulate. c. li. bo. inter denarios & res mobiles extimatas pro ipsa domina mathelda. nundum tamen tradita uiro: sed adhuc in domo patris sui existente exceptione sibi non date & non solute & non tradite quantitatis pecunie & rerum mobilium siue dotis: & omni alii auxilio omnino renuntians. Necnon promittens per se & suos heredes dicto

domino Ard. pro se & suis heredibus stipl: soluere & dare & insti tuere eidem. aut dicte math. siue ipsorum hrd: aut cui ius & casus dederit: dictas .c. li. bono in omnem euentum restituende dotis sub pena dupli dicte quantitatis stipulatione promissa qua soluta uel non rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascri-pta. Item refficere & restituere sibi omnia & sigula damna & ex peñ. ac interesse litis & extra: pro quibus omnibus & singulis fir miter obseruandis obligauit eidem omia sua bona tam habita q̃ habenda & cetera ut supra

Si uero ut seruetur forma statuti comu nis bononie tem pore restituende dotis uoluerint partes expressam in rebus fa cere mentionem quanta sit quantitas q̃ in rebus mobilibus & paternis dat ita scribes

Ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & re-cepisse a domina mathelda eius uxore & sponsa in do tem & nomine dotis. c. li. bo. hoc modo. s. xxv. li. in lec to & linteaminibus: & aliis pannis lineis & laneis & aliis rebus mobilibus. & alias xxv. li. bo. in x. brachiis pãni de pruyn. & uno palecto de flanchiis pro uestibus ipsius domine mathelde. reliq̃s uero in pecunia numerata; Excep: sibi non date & non solute & non tradite quantitatis pecunie. & rerum mobiliuz siue dotis se cundum modum predictum: & omni alii auxilio omnino renũ tians. Necnon promittens per se & suos heredes dicte dñe math: pro se & suis hrd: stipul: soluere dare & restituer eidẽ aut suis hrd. siue cui ius & casus dederit ipsas. c. li: bo. & c: ut supra ĩ predicto instrumento

Et ño. q̃ ĩ his ĩstris huiusmodi pactũ aliqñ interuenire solet: ui-delicet q̃ cũ uir non habeat: uel possideat immobilia agitur q̃ ipse idem uir ad certuz tempus emat aliq̃ posses. siue rẽ mobilẽ

que ipothecata sit uxori ꝑ dote. quod pactū si interuenerit ita scribes: Pones enim totum istrm per ordiné ut superius con tinetur: & postq̄ dixeris obligauit ei oīa sua bona. tā habita q̄ ha benda subsequetur dices. Item dictus an: ut ipsi dn̄e mathel. tuti⁹ & ipsa tutiorē ꝑ dote sua hēat ipotecā: pacto ꝓmisit & ꝯueīt eidē dn̄e math. ꝓ se & suis hr̄. stipl: se hīc ad unū ānū ī ciuit: uel in districtu. bo. aliq̄ pos. pretii: li: c: bo: ēptuꝝ que ipsi uxori sue ipotecata & obligata sit ꝑ dote predicta. ita tn̄ ꝗ ipsa special' ob/ ligatio dicte posses. emēde predcē nō deroget gn̄ali & ꝓpter ip/ sam spālem & generali ipotheca omnium bonoꝝ ipsius an. ideo non recedat. sed in ipsa speāli re & omnibus bonis ipsius anto: tam habitis q̄ habendis. ius suum ipotecarū saluum sit & integꝝ reseruatum Sub pena centum librarum bo. stipulatione promis sa & refectōe damn̄. & expen̄: litis & extra & obligatione omniū bonorum suorum: & pena soluta uel non predicta firma perdu rent: Item nota ꝗ licet fideiussores uel mandatores dotiuꝫ da ri prohibitum sit: adeo ut uideatur neminem in huiusmodi fide iussore posse irrationabiliter obligari. etiam qūocunq; renuntiet potes tamen si datus fuerit huiusmodi fideiussor aliam adhibe/ re cautelam: uidelicet ꝗ facies eum una cum principali dotem re cipere & ambos sicut duos rei debendi instrumento insolidū ob ligari: renūtiatiōibus debitis appositis hoc modo subsequenter

Instrumentum dotis ex nōta predicta

Ntonius filius quōdam phi: & andree fili⁹ quōdā boe tii fuerūt cōfessi & cōtenti atq; asserueīt se hūisse & re/ cepisse: ac sibi ītegre datas solutas ac numeratas & trá ditas esse a domino cor. dante & soluente dotis nomine & ꝑ do/ te domīe math: eius sororis spōse & uxoris ipsi⁹ an. īter denarios

& res mobiles extimatas:c:li:bo.excep.eis non date & non solu
te & non numerate atq; non tradite quantitatis pecunie & reruz
mobilium siue dotis omnino renuntians.necnõ ꝓmittẽs per se
& eorum hr̃:unusquisq; eoꝝ principaliter & ĩsolidum se obligã
do dicto cor.ꝓ se & suis hr̃:stipl':soluere & dare ac restituere eidẽ
aut ipsi dñe math.ul' eoꝝ hr̃: aut cui uis & casus dederit ipsas.c.
li:bo:ĩ omnem euentum restituende dotis sub pena dupli dicte
quantitatis pecunie.stipul':ꝓmissa & refectõe dam̃.& expẽ.li
tis & extra & obligatione omniũ bõꝝ suoꝝ & pena soluta uel nõ
predicta omnia & singula firma perdurent. Renuntiantes noua
rum costitutionum & ep'e diuiadriani benefitio exceptioni doli
conditioni sĩ causa:& in factũ actõi & õi alii auxilio:

Instrumentum augumenti dotis

Ntonius fuit cõfessus & contentus atq; asseuerauit se
habuisse & recepisse ac sibi integre datas solutas & numeratas eẽ
a dña math. eius uxore in augumentum & nomine augumenti
dotis sue.li:l:bo:q̃ ad ipsam dñaz math.siue ad dictũ ant:ꝓ ea
peruenerunt ex pretio q̃rundam posses:quondam domini:n.pa
tris eius sibi iure institutionis relictarum ab ipso patre eius ĩ ip-
sius testamẽto scripto manu tal' not:Excep:sibi non date & nõ so
lute atq; non habite predicte quãtitatis pecunie.in augumentuz
& nomine augumenti dotis predicte:& omni alii auxilio omnĩo
renuntians.Necnõ ꝓmittens per se & suos heredes dicte domĩe
math:ꝓ se & suis hr̃dibus stipl'. soluere & dare ac restituere eidẽ
siue eius heredibus aut cui uis & casus dederit ipsas:l:lib. bo:in
omnem euentum restituende dotis sub tali pena &c: Nota ꝙ
in instr̃s augumẽti dot' necessariũ eẽ assignar' causã unde ꝓuene-
rit pecuia ĩ augumẽtũ dot' data.nã al's esse presuĩtur de boĩs uiri
& cõtract⁹ h⁹mõi fieri ĩ preiudiciũ cr̃ditoris Nota tñ ꝙ prima

dotis constitutio ante matrimoniũ. & constante mrimonio fieri potest: sed post primam dotis constitutionem non potest iterũ constitui dos sed augmentum dotis

Instrumentum dõationis ꝓpter nuptias

Ntonius ex causa donationis ꝓpt nuptias dedit & donauit dñe mathelde sponse & uxori sue: ꝓ se & omnibus suis & dicti ant: coniugibus omnibus filiis recipienti medietatem insuper & quartam partem omniũ suorum bonorum mobiliũ & ĩmobilium pñtium & futurorum: ad ha. te. pos. & quicquid sibi & dictis cõibus filiis eoꝝ deinceps placuerit faciendum ꝓmittens dicte dñe math. ꝓ se & dictis cõibus eorum filiis stipulationem predictã propter nuptias donationem firmam & ratã habere & tenere & non contrafacere uel uenire aliqua ratione uł causa de iure uel de facto sub pena: c. li: bo: stipulatione ꝓmissa. & refectione damnoruꝫ & expensaꝝ litis & extra & obligatione omniũ bonorum & pena soluta uel non predicta omnia & singula firma perdurent. Verũtamen nota quod instrumẽtũ predictum in ciuitate bononie a consuetudine temporis nostri abolitum eẽ dignoscit: sed ipsiꝰ dõatiõis recta nõ ẽ tãtũdẽ donare q̃tũ dat ĩ dotẽ & dr hec dñatio iure lõbardoꝝ morgicaph. & etiam secũdũ diuersos locorũ mores diuersis cõuertatur pactis & diuersis nominibus appellat: Tu aũt cũ fueris rome. romano uiuito more Itẽ debes scire quod istius cõtractus uirtꝰ illico restitut dotibus euanescit: Primo nota qđ dos constante mrimonio restitui non põt nisi ĩ certis caĩbus. de qbus nihil ad pñs: licꝫ uergente uiro ad ĩopiã uł eo q de dote restituenda ꝓmisit: possit mulier petere & accipe de bois. s. ipotecatis ĩ solutum ꝓ sua dote auctoritate cõis quo hĩto alioruꝫ bonorum ipoteca recessit eo tamen ꝙ insolutum acceperit a uiro pro iure usufructu obligato

q̃diu constiterit mrimoniũ nihilominus remanente: Item ñ est pretereũdum ꝙ aliquando contingit filium a se emancipare & dotem uxoris filii quam ipse pater receperat dicto filio suo cõ signare: debet enim mulier solicite sibi cauere ne dotem ipsaꝫ re cipiat aut socerum absoluat. uel a prima obligatione seu primo obligato recedat: ꝙ etiam si faceret: non ualeret quia efficeretur conditio dotis peior: Agetur tamen inter patrem et filium eman cipatum de faciendo & curando ꝙ uxor non mouebit socero ul terius litem de dote: quod instrumentum

Instrumentum dotis date a filio eman cipato a patre suo ita scribes.

Vm dominus Boetius. antonium eius filium a se emã cipauerit ut patet instrumento scripto manu talis no tarii. & idem antonius moretur uel moraturus sit cuꝫ domina mathelda eius uxore & filiis suis seorsum a patre quia equum est ubi dos que fuit pro substinendis matrimonii onus poterat idem dominus Boetius coram me notario & testibus in frascriptis dedit & soluit ipsi antonio filio suo a se emancipato centum lib: bono: quas recepit & habuit dotis nomine & pro do te ipsius domine matel: tempore contracti matrmonii inter ip sam & antonium supradictum. Qui antonius dictam pecuniam a dicto patre suo ibidem & in presenti recipiens confitens & asse rens tantam esse quantitatem ꝓmisit per se & suos heredes dic to domino Boetio pro se & suis heredibus stipulantibꝰ onus ipiꝰ matrimonii substinere: & dicte eius uxori & filiis de cetero ali menta prestare: & se facturum & curaturum omni exceptione remota ꝙ dicta domina mathelda uel eius heredes aut aliquis a lius ad quem spectaret ipsarum dotium restitutio dotes ip sas aliquo tempore uel casu ab ipso uel eius heredibus non petẽt

& ꝙ lis uel questio ei uel eius heredibus ipsarũ dotiuz uel alimẽ torum eccľe ullo tempore non mouebitur uľ inferetur ab aliquo de iure uel de facto. & ꝙ si fieret: & ꝓpter ea idem dñs: B. dãnũ aliquod sustineret: conseruabit eum in demnem. & ꝙ idem dñs an: predictam solutionem & oĩa & singľa suprascripta perpetuo firma & rata habebit & tenebit obseruabit & non contraueniet ꝑ se uel per alium aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto: sub pena dupli dicte summe péc. stipulatõe ꝓmissa: & refectione dã norum & expensarum litis & extra & obligatione omnium suo rum bonoruz & pena soluta uel non. predicta omnia & singu la firma perdurent & cetera

Instrumentum futurorum sponsaliorum
& matrimonii contrahendi

Ntonius contraxit & concessit & destinauit cor. iacobi nam eius filiam in futuram sponsam & uxorem Ioan nis filii ipsius cor: ꝓmittens per se & suos heredes dcõ cor. pro se & suis heredibus stipľ se facturum & curaturum omĩ exceptione remota ꝙ dicta iacobina eius filia contrahet sponsa- lia & matrimonium cũ dicto Ioan tẽpore legitĩo seu cũ ipsa spõ- salia & matrimoniũ cõtrahi poterit & cõpleri & se solutuꝝ & da tuꝝ eidẽ cor: dotis noĩe & ꝓ dote ipsius Io: tẽpore cõtracti mr̃i- monii: c: li: bo: ĩter denarios & cõueĩentẽ mobilia ꝓ quibꝰ spõsa liis & mr̃imnio: ut dictũ ẽ cõtrahẽdis & predcĩs oĩbus & sĩgulis obŝuãdis & adĩplẽdis. idẽ an: cõstituit arras spõsalicias: & idem spõsaliciaꝝ & arraꝝ noĩe obligauit unã domũ sitã ĩ tali cõtrata ĩfra tales cofines & c. cõstituens se dictã domũ tãq̃ arras & arraꝝ noĩe ipsoꝝ spõsalioꝝ & mr̃imonii cõtrahẽdi ꝓ ipso cor. & eiꝰno mĩe possidere: & uolẽs & cõcedẽs ꝙ si ꝑ eũ aut ꝑ dictã iaco: staret quo minꝰ dcã spõsalia & mr̃imo. cõtraherẽt aľs cõplerẽt & fierẽt cũ fieri & cõpleri legitĩe poterĩt cedat dcã domus lucro ipsi cor: & eaz accipe ac possidere eiusdẽ sua auto. ĩgrẽdi possit & ex ea tãq̃

uerus dñs facere quicquid uellit. Versa uice dictus cor: contraxit & concessit & destinauit dicto ant. predictum Io. eius filium ĩ futurum sponsum & uirum dicte Ia. filie eiusdem an. ꝓmittens ꝑ se & suos heredes dcõ an: ꝓ se & suis heredibus stipulanti se facturum & curaturum omni exceptione remota. ꝙ dictus Io: eius filius contra hec sponsalia & matrimoniũ cum dicta Ia: tempoꝛ legitimo: seu cũ ipsa spõsalia & mr̃imoniũ contrahi poterit & cõpleri: & ꝙ ipse cor: tẽpore matrimonii contrahendi solutis sibi c: li: bo: dotis nomine ipsius Ia: faciet dicto ant: instrumentũ dotale secũdum ius & consuetudinem ciuitatis bo. ꝓ quibus sponsalibus & matrimonio ut dictum ẽ contrahendo. & predictis omnibus & singulis a se cor. ꝓmissis obseruãdis & adĩplendis idẽ cor: cõstituit ipsi an: arras sponsalias & eidem arrarũ & sponsaliciaꝝ nomine obligauit unã petiam terre aratorie positam in tali loco infra tales confines & c. constituens se dictã petiam terre tanquã arras & arrarum noĩe ipsorum sponsaliorũ & matrimonii cõtrahendi ꝓ ipso an: eius nomine possidere & uolens & concedens ꝙ si per eum aut per dictum Ioan: staret quominꝰ dicta sponsalia & matrimonium cõplentur & fierent cum fieri & compleri legitime poterint: cedat ipsa petia terre lucro ipsi an. & eam accipere ac possidere eiusdem sua auctoritate ingredi possit. & ex ea tanq̃ uerus dominus facere quicquid uellit: Que oĩa & singula supra scripta ꝓmisit una ps alteri adinuicem solẽnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus firma & rata habere & tenere obseruare & adimplere & non contrafacere uel uenire ꝑ se uel alios aliq̃ causa uel ingenio. de iure uel de facto: sub pena cc: li. bo. stipulatione adinuicem ĩter ipsos in singulis capitulis huius contractꝰ insolidum ꝓmissa: qua soluta uel non. predicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere una pars alteri ad adinuicem omnia & singula damna & expeñ: ac intereẽ litis & extra: ꝓ quibus oĩbus & singulꝰ firmiter obseruãdis obligauit una

pars alteri adinuicem omnia sua bona & cetera

INCIPIT.CAPITVLVM.TERTIVM.
De debitis

ICET.ex mutuo comodato deposito & his que mercandi seu negotiandi causa:aut ex pretio q̄ debentur ad tempus:multi ꝓcedant contractus uarii & diuersi.quia tamen sub uno & comuni nomine crediti uidelicet uel debiti concludunt Idcirco de omnibus his sed ordinate de quolibet hoc tertio capitulo est uidendum. Verum nec contra meipsum ponam posterius.ue mihi qui tacui & quia consciētia pongor hoc nequaq̄ silentio preterire.illis dico tabellionibus qui hec ignorant:aut ꝙ peius est qui fingunt uel simulant ignorare:ꝙ mutuuꝫ a diuina ꝓuidentia.pia & causa sancta causa processit:uidelicet ut illi penes quos temporalem dominus substantiam comandauit quoniam admodum in ceteris misericordie operibus sit in mutuo ad tempus egentibus ꝓximis subuenirent:Verumtamen feneratores hanc piam causam & impiam conuertentes & retorquentes in mortis & damnationis eorum cum nullum donum dei tempora & temporum momenta hominibus eque pauperibus ut diuitibus & animalibus comunia uniuersis ut ꝓpria uendunt furtum sub quodam pie subuentionis uellamine comittentes. Igit̄ cum nemo ambigat & etiam ipsi hidem inficiari non audeāt hoc mortale fore peccatum sicut qui homicide adultero uel latroni circa ipsa scelera scienter aliquod opus prestat.uniuſ eiuſdemq; culpe obligat se ad penam:sic tabellio propriis manibus illud cōfitiens instrumentuꝫ.ī quo dictat sibi cōscientia pactū feñatitiū

contineri: uni eodemq; mortali peccato reddit usurario se cōsor tem & acquirit miser tabellio nescio quales. xii: deñr. uel quid modicum eternam obligans se ad mortem: Fugiant ergo tabelliones sicut pestem mortiferam hos contractus nequaquam puritatem artis huius uel proprias animas peccato huiusmodi. aut qualibet infidelitate altera maculantes: Absit quidē hos super mutuo contractus in feneratorum cautelam uel auxilium me scripsisse: sed quoniam sunt precipuum artis membrum & possunt sine dei offensa inter eos qui fideliter contrahunt operari non enim in arte peccatum est sed malos operarios abusus & subuersio artis fedat

Instrumentum debiti unius debitoris & unius creditoris super modica quā titate ita scribes

Ntonius filius quondā. B. fuit confessus & contentus se ex causa mutui habuisse & recepisse a corado quondam titii tres li: bono: ꝓmittens per se & suos hr̃des sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto cor: ꝓ se & suis heredibus stipulantibus soluere & dare ac restituere eidē aut eius certo nunc dictam quantitatem pecunie hinc ad unum ꝓxime in ciuitate bono:: q̄ si dictis loco & termino non soluerit & non obseruauerit ut dictum est ꝓxime eidem persoluere atq; dare duplum ipsius quantitatis pecunie pene nomine in singul' capitulis huius contractus insolidum ꝓmisisse qua soluta uel ñ rata maneant omnia & singula suprascripta & nihilominus sortem & penam ubicunq; locorum & fori. creditor petierit ab eodem & specialiter tempore maii & augusti de bonio & in ipsis se integre soluturum: Item reficere et restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extra. & de his credere

ſuo ſimplici uerbo ſine ſacramento uel alia ꝓbationẽ: pro quibꝰ omnibus & ſingulis firmiter obſeruandis obligauit eidem omnia ſua bona. Renuntians fori priuilegio exceptioni ſibi non date non mũt. accepte pecunie & omni alii auxilio

Inſtrumentum mutui duorum debitorũ & uni creditoris ita ſcribes.

Ntonius & philippus fuerunt cõfeſſi & contenti ſe ex cauſa mutui habuiſſe & recepiſſe ac ſibi integre & non ſpe future numerationis & traditionis datas ſolutas & numeratas eſſe a corado quondam titii. xxv: lib: bono. ꝓmittẽtes per ſe & eorum heredum unuſquiſq; ipſorum principaliter & inſolidum ſine aliqua exceptione iuris uel facti. ſe obligando dicto corado ꝓ ſe & ſuis heredibus ſtipulantibus ſoluere & dare ac reſtituere eidem aut eius heredibus uel certo nunc: dictam pecunie quantitatem: hinc ad xx: menſes proxime in ciuitate bononie. Quod ſi dictis loco & termino non ſoluerint omnia & ſingula in hoc contractu contenta nõ obſeruauerint promiſerũt ſe ut dictum eſt principaliter & inſolidum obligantes eidem ꝑ ſoluere atq; dare duplum ipſius quantitatis pecunie pene nomine ſtipulatione in ſingulis capitulis huius contractus inſolidum ꝓmiſiſſe qua ſoluta uel non rata maneant omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta Et nihilominus ſortem & penam ubicunq; locorum & fori creditor pecierit ab eis aut aliquo ipſorum & ſpecialiter tempore fori Maii & auguſti de bono. & in ipſis foris ſe integre ſoluturos. Item reficere & reſtituere ſibi omnia & ſingula damna & expenſas ac intereſſe quod uel quas fecerit uel ſubſtinuerit in iudicio ſiue extra pro ipſa pecunia exi

genda et de his credere suo simplici uerbo sine sacramēto uł alia probationē. Propterea ꝓmiserunt insolidum preceptum recipeř a comuni bononie. hinc ad tertium diem de dicta pecunia: ad dictum terminum soluenda sub pena x. librarum bono. stipulatione promissa qua soluta uel non predicta firma perdurent. pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauerunt eidem omnia eorum bona. Renuntiantes fori priuilegio nouaꝶ constitutionum & epistole diuiadriani: beneficio exceptioni. doli conditioni sine causa infactum actioni. exceptioni sibi non date & non mutuo accepte pecunie & omni alii auxilio

Instrumentum solemne mutui duorum debitorum & duorum creditorum diuersis fulcitum pactis ita scribes

Ntonius & philippus ꝓmiserunt per se: & eorum heredes unusquisqꝫ principaliter & insolidum sine aliq̄ exceptione iuris uel facti se obligando corado & andre ꝑ se & eorum heredibus stipulantibus & cuilibet eorum insolidum: Ita ꝙ quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere exigere & recipere cum efectu uni tamen eorum facta solutione ab alio liberentur: soluere dare ac restituere eis aut alteri eorum uel ipsorum certo nuntio. c. li. bono. hinc ad unum annum ꝓxime in ciuitate bononie. Quam pecunie quantitatem confessi & contenti fuerunt se ab ipsis corado & philippo ex causa mutui habuisse: Recipiebant etiam pecuniam dictam ab ipsis ibidem & in presenti ꝓut confessi fuerunt tantam esse quantitatē Volentes & paciscentes non obstare: nec preiudicium fieri creditoribus antedictis ꝙ si ipsi aut aliquis eorum partem debiti in iuditio uel extra exegerit uel receperit ab altero debitorum non

omninó minus possit ipsum eundém debitorem & etiam alium & quem eorum maluerint ad residuum ipsius debiti principali ter & insolidum conuenire. Promittentes non dicere uel oppo- nere dictam pecunie quantitatem integre non fore acceptam da tam solutam & numeratam & in ipsorum utilitatem conuersaꝫ & non probare solutionem aut libertatem huius debiti fore fac- tam nisi per hoc instrumentum incisum uel canzelatuꝫ aut per aliud legalis & bone fame tabellionis manu confectum: & nō pe tere libellum ipsius debiti nec exempla huius instrumenti: Et specialiter ipse philippus non dicere uel opponere ꝙ cum mino ri aut pro minori ipsi anto: fuerit obligatus certificatus: & sciens ipsum minorem esse. & ipsi ambo nullam aliam exceptionem ꝟ defensionem seu negationem iuris uel facti: specialem uel gene- ralem contra hunc contractum seu contra aliquod predictoruꝫ uel infrascriptorum in aliquo facere uel opponere quo minꝰ prī cipaliter insolidum ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam & ad omnia & singula in hoc cōtractu contenta plēiꝰ obseruanda efficaciter teneantur. sed omnia & singula infrascrip ta & suprascripta firma & rata habere & tenere obseruáre & adī plere. & non contrafacere uel uenire aliqua ratione de iure uel de facto: ꝙ dictis loco & termino non soluerint & omnia & singula in hoc cōtractu contenta non obseruauerint aut in aliquo cōtra- uenerint promiserunt se ut dictum est principaliter & insoliduꝫ obligando eisdem creditoribus stipulantibus ut dictum est eis persoluere atqꝫ dare duplum ipsius quantitatis pecunie pene no mine stipul: in singulis capitulis huius contractus & insolidum promisse. que totiens comitatur & exigi possit in singulis capitu lis quotiens contrafactum fuerit. & pena soluta uel non rata ma neant omnia & singula suprascripta & infrascripta. & nihilomi nus sortem uel penam ubicunqꝫ locorum & terrarum & in quo cunqꝫ foro & mercato creditores. aut alť eorūdē se ītegre solutos

in quibus locis mercatis & foris & quo ipsorum uoluerit & sub quocunq; iudice maluerint possint ex pacto ipsos debitores & quenlibet insolidum ad solutionem dicti debiti in dicto termio faciendam & ad omnia & singula in hoc contractu contenta efficaciter obseruanda realiter & personaliter conuenire Insuper reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse quod uel quas fecerint uel substinuerint i iuditio siue extra uel alio quocũq; modo pro ipsa pecunia exigẽda: & de his credere suo simplici uerbo sine sacramẽto uel ꝓbatione aut alicꝰ cause recognitione. Insuper promiserunt insolidum preceptum recipere a comuni bo: hinc ad tertium diem de dicta pecuia pre dicto termino soluenda: sub pena: xxv. li. bo. stipulatione ꝓmissa qua soluta rata maneant predicta: quod preceptum ad dictuz diem recepi idem creditores ibidem & i presẽti denunciauerũt debitoribus antedictis. pro quibus omibns & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt ipsi debitores dict cre ditoribus omnia eorum bona. Que precario iure seipsorum nomine & pro eis possidere constituerunt usq; ad integram soluti onem dicti debiti & satisfctionem omniuz predicto. Ita q̧ a ter mino in antea si nunc solutio facta non fuerit liceat & ex pacto ipsis creditoribus & cuiq; ipsorum ꝓpria autoritate sine curie ꝓ clamatione aut aliqua denuntiatione uel aliquo preiudicio dicto rum bonorum. & quorũ ex eis uoluerint ingredi possess. & eam inde accipere. & uendere alienare aliisq; obligare. & apud se ꝓ iu sto pretio retinere. & se idemnes seruare tam de pena damni. & expens. q̃ de sorte sine omni occasione leguz iuris & usus: Renũ tiauerunt autem debitores prefati fori priuilegio nouaꝝ cõstit: & epistole diuiadriani beneficio exceptioni sibi non date & mutuo ñ accepte pecunie & omni alii auxilio: Et insuper dictus antonius quia minor erat uigintiquinq; annis maior tamen xiiii: iurauit corporaliter ad sancta dei euuangelia nullam restitutionez impe

trare contra predicta uel aliquod predictorum pretextu minoris etatis: uel cuiuscunq3 alterius rationis uel cause Ad hec domina mathelda ipsius antonii uxor predictis omnibus presens dicte obligationi ab ipso uiro suo facte consensit: & certificata per me notarium infrascriptum ipsa bona a dicto uiro suo obligata eisdem creditoribus sibi esse ipothecata ꝓ dotibus suis renuntiauit omni suo iuri ipothecarum & cuilibet alii quod habebat ul' habere poterat occasione dotium suarum & dictis bonis obligatis ut ipothacata sua non obstante predicta ipsis creditoribus obligatio facta pleno iure usq3 ad satisfactionem predictorum omnium preferatur dictum ius suum ipsis creditoribus pacto remittens: necnon promittens per se & suos heredes eisdem creditoribus stipulantibus ut dictū est non preferre ius suum iuri eorum in predictis bonis obligatis: eo ꝙ sit prior tempoř aut potior iuř siue alia quacunq3 ratione. sed predicta omnia & singula firma & rata habere & non contrafacere uel uenire aliqua causa de iuř uel de facto sub pena dupli dicti debiti stipul'. ꝓmissa & refectione damnorum & expensarum litis & extra. & obligatione omnium suorum bonorum & pena soluta. & c:

Si uero detur in instrumento mutui fideiussor quē uelint pertes ut fideiussorem exprimi licet prīcipaliter se obligante: rubrica

Ntonius fuit confessus & contentus se causa mutui habuisse e recepisse ac sibi integre datas solutas & numeratas esse a corado quondam titii: xx: li. bono: excep. sibi non date & non mutuo accepte pecunie omnino renuntians quapropter dictus antonius. & ipsius precibus & mādatis phili:

se pricipalē constituens ꝓmiserūt ꝑ se & eoꝝ hrēd unusquisq; eorum principaliter & insolidum sine aliqua exceptione iuris uł facti obligando dicto cor ꝑ se & suis hrēd: stipul: soluere dare ac restituere eidem aut eius certo nuntio dictam pecunie quātitatem in foro reni mensis augusti de bo. ꝓximeuenturo. uel eo tēpore boñ. si forū non fierent: ꝙ si dicto termino non soluerint & c. cōtinuando secundum aliquem predictoꝝ contractuum mutui:

Instrm mutui contracti a comuni ciuitatis

Omin⁹ Ricard⁹ de uilla potestas bo. dn̄s Aycard⁹ massarius dn̄i iāc: & rolandus ꝓcur. cois de consensu & uoluntate licentia & mandato consilii specialis & gn̄alis dicti cois ad sonū cāpanarum & uoce preconia ut moris est in palatio eiusdem comunis ad hoc specialiter congregati necnon oiū & singulorum ī ipso cōsilio existentiū mādantiū & uolentiū hoc debitum contrahi: & pn̄s instrumentum ullo statuto seu statuti capitulo non obstante: ac etiam ipsi omnes & singuli in eodē consilio existentes: ꝓmiserunt solemniter unusquisq; eorum principaliter & insolidū pro seipsis & eorum successoribus uice & nomine comunis bononie sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando corado pro se & suis heredibus stipulantibus soluere & dare ac restituere eidem aut eius certo nuntio :M. li. bo: hinc ad unum annum ꝓximeuenturum in ciuitate bononie: Quam pecunie quantitatem dicti potestas : Mass: ꝓcur: consilium & omnes & singuli in ipso consilio existentes: confessi & contenti fuerunt atq; asseruerunt se uice & nomine comunis bononie & pro ipso comuni ab ipso cor. ex causa mutui hūisse & r̄cepisse ac eis integre & ī ueritate non spe future numeratōis datā solutā & numeratam esse ī ipsius cois necessariā & utilē causā & comodū specialr̄ cōuertendā. s: in satisfactionē & solutionē taliū & taliuꝫ

debitoꝝ atq; ecc̄le tali creditori tenebat᷑: ſiue ī expenſas uł eccl̄ie expenſarū operis cluſe reni aut ī ſolutione ſoldi taliū militū de ſtinādoꝝ ꝓ comuni bono: ad talem locū obligantes principaliter & inſolidum ſeipſos & eorum ſucceſſores uice & nomine comunis bono: & ipſum comune ut tam ipſe poteſtas q̄ alter qui regimen ciuitatis eiuſdem ē īpoſterum habiturus: & tam ipſi maſſarii ꝓcur. & cōſilium q̄ aliqui ī eiuſdē officiis loco ſucceſſerit eorūdem pricipalr̄ & īſolidū ad ſolutōe₃ dicti debiti ī dcō termīo faciendā. & ad oīa & ſingula in hoc contractu cōtenta plenius obſuanda efficaciter teneantur & ut ipſe creditor ex pacto poſſit fori priuilegio non obſtāte tā predictos obligatos q̄ eorū ſucceſſores & quēlibet eorū inſolidū & quē primo uoluerit uice & noīe dicti cois & ipſū cōe ubiq; locoꝝ atq; terraꝝ & in omni foro & mercato et ſub quocunq; iudice tam eccl̄iaſtico q̄ ſeculari & in oī curia & ſpecialiter in curia romana & per litteras apoſtolicas & reſcripta ad ſolutionem ipſius debiti & ad omnia & ſingula in hoc inſtrumento contenta realiter & perſonaliter conuenire: non obſtante nec preiudicante creditori prefacto ut ſi ipſe partem debiti in iuditio uel extra exigerit uel receperit ab altero debitorū non ideo minus poſſit ipſum eundem debitorem & etiam reliquos & quem ipſorum maluerit ad reſiduum ipſius debiti principaliter & inſolidum conuenire. necnon ꝓmittentes ſolemni ſtipulatione. creditori predicto non dicere uel opponere dicta₃ pecuniam integre non fore acceptam: datam: ſolutam. & numeratam. & predictam ipſius comunis cauſam & utilitatem conuerſā ſiue ꝙ indebite aut ſine cauſa uel comunis ſeu alieno facto fuerint obligati & non petere libellum dicti debiti aut huius inſtrumenti exemplum & non probare ſolutionem aut liberationem huius debiti fore factam niſi per hoc inſtrumentum inciſum uel cā₃elatum aut p aliud legalis & bone fame tabellionis manu confectum & non detinere pecuniam ſupradictam aut partem eius uel qnid ex ea ultra dictum terminum contra uoluntatē credito

ris aliqua ratione uel causa & nullo tēpore per se uel per alios contra ipsum creditorem uel eius hr. ocasione hꝰ debiti impetrare: aut impetrari uel obtineri facere aliquas apostolicas litteras ł rescriptum: illis uel illo aut aliquo tam impetrato q̄ impetrando non uti nec uti facere. & litem aliquam uel controuersiam ei ł eius heredibus inde imperpetuum non mouere & nullam contrariam exceptionem uel defensionem seu negationem iuris uel facti specialem uel gn̄alē cōtra aliquod predictoꝝ uel īfrascriptorum in aliquo facere uel opponere: quominus principaliter & ī solidum ad solutionem dicti debiti in dicto termino faciendam & ad omnia & singula in hoc contractu contenta plenius obseruanda efficaciter teneantur. & quoniam uoluerunt debitores prefati predicta & infrascripta omnia & singula non solum ex actu solemnium ꝓmissionū uel huius instr̄i uigorem: uerū etiam ex debito legis municipalis iuramento firmate solemniter obseruari. Idem potest & ipsum consilium nullo contradicente statuerīt & ordīauerunt precise predictā pecunie quantitatē integre dicto creditori & termīo supradicto ꝑ cōe bo: & de ipsius coīs pecuīe restitui & persolui. & ipsū comune ad eandē quantitatē ut dictū est soluendam & ad oīa & singula in hoc contractu contenta obſuanda & adimplenda precise teneri: & cernētes hoc statutū adeo fore precisū & ita tā predictū potestatē q̄ futurū & tā pn̄s cōsiliū q̄ succedēs ad illđ precise teneri ꝙ nulla absolutio peti aut ꝑ cōsiliū cōctōꝫ coīs bo. dari possit & ꝙ ipsū irritari īmutari uł remoueri: aut ex eo quicq̄ diminui uel cāzelari non possit ut ꝓmittēs solemni stipulatōe se ut dictū est insolidum obligando hoc statutum in libris statutorum coīs bono: āni pn̄tis cras per totā diē i libris statutorum anni futuri cum ipsa statuta fient possit scribi & inseri facere diligenter. ut potestas & consilium anni futuri & comune bononie iurent & precise teneautur ad illud. que omnia & singula suprascripta & infrascripta: & idem pōt. & Massꝛ:

& ꝑcur. cōsilium & omnes & singuli in dicto consilio existen-
tes se ut dictum est principaliter & insolidum uice & nomine co
munis bo: obligando ꝓmiserunt dicto creditori stipulanti ut di
ctum est firma & rata habere & tenere obseruare & adimplere:
& non contrafacere uel uenire per se uel per alios aliqua ratione
uel causa de iure uel de facto ꝙ si non soluerint predictis loco &
termino ut dictum est omnia & singulā suprascripta & īfrascrip
ta non obseruauerint aut in aliquo contrauenerint ꝓmiserunt se
ut dictū est īsolidū obligando eidem creditori persoluerē atq; da
re duplum ipsius quātitatis pecunie pene noīe stipl'.ī singulis ca
pitulis hui⁹ contractus īsolidū ꝓmisse: que totiens comitatur &
exigi possit ī singul' capl'is quotiēs cōtrafactū fuerit & pena solu-
ta uel nō rata maneāt oīa & singula suprascripta & īfrascripta &
nihilomin⁹ sortem & penam ubicūq; loco & fori creditor pecie-
rit ab eis se ītegre soluturos: Itē reficere & restituerē sibi oīa &
sīgula dāna & expeñ: ac īteresse quod uel quas fecerit ul' substi-
nuerit in iuditio siue extra pro ipsa pecunia exigenda & de his cre
dere suo simplici uerbo sine sacramēto ul' alia probatione aut ali
cuius cāe recognitiōe ꝓ quibus oībus & singulis firmiter obser-
uandis & adīplēdis obligauerunt uice & noīe dicti coīs que ipsū
comune precario iure ꝓ ipso creditore & eius noīe possidere con
stituerunt usq; ad integrā solutionē dicti debiti & satisfactōem
omniū predictoꝝ ita ꝙ a dicto termio ī antea si tūc solutō dcī de
biti ei fcā nō fuerit: possit idem creditor ex pacto sua auctoritate
sine denuntiatione aut curie ꝓclamatione: uel aliquo preiuditio
dictorum bonorum & quorum ex eis soluerīt ingredi pos. ea ac-
cipere uendere alienare alii obligare & apud se ꝓ iusto pretio re
tinere & se indemnem seruare tam pena damn: & expens: q̄ de
sorte sine omni occasione legum iuris & usus. Renuntiauerunt
autem debitores prefati fori priuilegio nouarum cōstitutionum
eple diuiadriani bñficio excep. doli conditioni sine causa ī factuz

actioni noue ac ueteri constitutioni de duabus dictis & exceptio-
ni sibi non date & non mutuo accepte pecunie & omni alii exce-
ptioni: omniq; legum auxilio: omniq; defensioni & priuilegiis
& decretis .eis & comuni bononie modo quolibet competētib⁹
Insup uimanus nūtius & preco coīs bo. sup aīas & in aīab⁹ pre
dictorum potestatis. Mass. ꝓcur. & omnium & singulorum ī di
cto consilio existētiū de ipsoꝝ licentia & mandato iurante corpo
raliter ad sancta dei euuangelia predictum debitū dicto termīo
soluere statutum predictuꝫ precisuꝫ & inuiolabile obseruare &
omīa & singula in hoc contractu contenta firma & rata habere &
tenere. seruare & adimplere & non contrafacere uel uenire aliq̄
ratione uel causa

Instrumentuꝫ debiti ex causa cābii a sco
laribus & clericis contracti

Ominus castilio gerudēsis dioces: & dn̄s Ray: burde-
galensis scolares bo: cōmorantes: ꝓ pretio & nomine
pretii & cambii. ccc. li. bo. quas cōfessi & cōtenti fuerūt
atq; asseruerunt se ex causa emptionis & cambii habuisse & re-
cepisse ac sibi integre datas solutas & numeratas esse nomīatim
ꝓ expēsis & occasiōe expēsarum causa & gratia studioruꝫ a dn̄is
cor: & an. ciuib⁹ & mercatoribus bo. ꝓmiserūt solēniter un⁹qsꝫ
eoꝝ prīcipalr & īsolidū sin̄ aliq̄ exceptōe iuris ul facti se obligā-
do dictis dn̄is cor: & an. stipulātib⁹ & recipieētibus insolidū ꝓ
seipsis & iacobo & petro eorum sociis ita ꝙ quilibet eorum īso-
lidū possit hoc debitum petere exigere & recipere cū effectu uni
tantum eorum: uel sociorum ipsorum solutione facta ab aliis li
berentur soluere & dar eis aut uni ipsoꝝ ul dictoꝝ socioꝝ siue eo
rum certo nuntio. centuꝫ li. tur: bonorum & legalium i nundinis
pruini proxime apud pruinum: octauo die postquam in ipsis

non tenearis ponere signū eius : Demū posito signo tuō . te subscribes hoc mō. Ego. N. quondā rodulfi florētie īperiali auctoritate not: hoc instrumētum ad auctenticū scriptū manu predicti tal not. fidelit exēplaui nichil adēs ul minuens qđ sensū mutet ul intelectum ul has litteras ad auctenticas bulla papali plūbea pendenti munitas fideliter exēplaui nichil adens &cē: ul predictam scripturā in quaterno predicto sūpsi: et fideliter exēplaui nichil adens & cē: & hic modus leuis ē & istrumētū nō magni fci adhiberi solet. Sz si uolueris aliquid solēnitatis psuadere pōtis istam formā tenere. Incipies ei et intitulabis exēplum pro ut superius dictum ē: & subsequēter p ordinem exēplabis put in originali īuenias. Cū aūt oīa scripta erunt & etiam nomen tabellionis originaliter preter signū eius qꝫ nullo caū scribere tenoris habeas duo . uel tres tabelliones cū quibus diligenter ascultabis ipsum exemplū cū auctentico . & si inuentū fuerit cōcordare se subscribet unusquisqꝫ illoꝝ tabellionū poīto signo suo hoc mō

Ego . B. filliuꝰ quondā talis imperal auctoritate not: hoc exēplum una cū: infrascriptis. A: &: g. not. ad acutenticū istumētū scriptum manu talis not: diligēter & fideliter ascultaui & quia utrūqꝫ cōcordare inueni me in testē subscripsi : & alius tabellio se subscribet ita. Ego. R. īperiali auctoritate not: hoc exēplū una cum suprascripto. A. & infrascripto : g: not. ad auctēticū scriptum manu talis not. & diligenter & cē: ut supra pxime dictum est. postremo aūt tu tabellio qui exēplasti posito signo tuo te subscribes hoc modō . Ego: F: īperiali auctoritate hoc istrumentum ad auctēticum scriptum manu predicti tal not. fideliter exēplaui & postmodum cū predictis. A. &: g: notariis diligenter ascultaui: & quia utrunqꝫ concordare inueni. me in testem. subscripsi

No: tamen qꝫ predicti duo modi non prebent exēplo plenā fidem nec ex tali exēplo potest fieri exacto licet. ad solam me

moriā fiet. Secūda rōe exēplāť: scriptur̄ nō tātū ut habeatur me moria eorū q̄ iauctentico cōtinētur ſ ut etiam ad hibeatur i exē plo plena fides & possit ex tali exēplo exacto fieri & tetal' est so lēnitas obſuanda inchoabis enim & intitulabis exemplum ſm quod supi⁹ dictū est. Dotrinā quidā pdictā ititulabis quorū li bet exēploꝝ semper poteris imitari & ꝓcedes p ordinē usq; ad ultimū exemplādo ut sepe dictū ē: quo facto adhibitis iiii. ul' v. tabelionibus isinuabitur iudici uidelicet ut corā eo legatur & as cultetur & coram ipō iudice cū ipsis tabelionib⁹ diligenter ascl tabis & si cōcors inuētum fuerit. ipē iudex auctoritatē suā itpo net quā scribes ex iteruallo uniu⁹ linee post nomen tabellionis originalis relicto hoc modo. In nomine dn̄i amē: Anno eius dē mil'o. ccc: xxx. Indic. &c: die tali hoc est exemplum p me ꝶs subscriptum not: sūptum ex auctentico scripto manu predicti talis not. domino M. iudici & asſ. dn̄i ꝶ. de uilla potestat' bo: insinuatum fuit &. in eius presentia per me ipsum ꝶ. notariuz & alios subscriptos notarios ipsū diligenter cū auctēntico ascul tatum & cum ipse iudex cognouerit illud cum ipso auctentico p ordinem concordare & adhibeatur eidē exemplo de cetero ple na fides suam & comunis bononie auctoritatem interposuit & decretum: Postmodum sequatur se utriusq; illorum ta bellionum ita subscribet. Ego. I: imperiali auctoritate no tarius hoc exemplum una cum infrascriptis. A: G. M. &: ꝶ: no tariis ad auctenticum instrumentum scriptum manu dicti tal' notarii coraz ipso iudice diligenter & fideliter ascultaui. & utrū q; concordare inueni: de ipsius iudicis mandato cuiusdē exēpli: plenam fidem & testimonium me subscripsi. Et eodem modo ceteri se subscribēt. In fine nota tu tabellio qui ei⁹ exēplum scripsisti pones nomen tuum hoc modo. Ego. N. imperiali aut'. not: hoc exemplum exauctentico scripto manu talis notarii fideliter scripsi: & postmodum in p̄ntia dcī iudicis ꝯ dcīs tabelli

onib⁹.ia:a:e:& i:diligéter cū ipſo iudice aſcultaui. Et qa utrūq̄ cōcordare iueni de ipſius iudicis mādato ad eius dem exēpli ple nā fidem & teſtimoniū me ſub ſcripſi: Sʒ nota q̄ aliquando i exēplis litterarū adhibetur auct: dñi epī ul' alterius auctētice pſo. que quidā pſona i teſtimoniū & fidē ipſiu⁹ exēpli facit il d̄ ſuo ſigillo muniri & ſcribitur hoc mō. Innoīe dñi amen anno eiuſdem millo.ccc: Indicione & cē:die tali. hoc exemplum per me ſubſcriptū. ℞.n.ſūptum exauctenticis litteris talis dnī ſigil' munitis fuit in preſētia uenerabilis patris fratris iacobi bo:epī :a:me ipē. R:& alis ſubſcriptis notariis diligēter cū attēticis litte ris aſcultatū & cum idem uenerabilis pater cognouerit illd̄ cū ipīs auctētcis cōcordare i ipi⁹ exēpli plenam fidē & teſtimoniū ſuā auctoritatē iterpoſuit: iubens illd̄ ſigilli apēſione muniri: Verumtñ iſra cera hoc pretmitēdū nō eſt q̄ rogationes ſeu pro tocolla tabellionis alicuius qui deceſerit exemplari et in publicā formā reduci nō poſſūt niſi auctoritate domī uel comunis illi⁹ terre alicui tabellioni hoc precipue ſit comiſſum: fiet autem co- miſſio iſta forma: Cum dominicus filius & heres quōdam antonii not. conceſſerit. petro not:rogationes patris ſui exēplan das & i formā publicam reducendas ipō petro hoc ſibi coīs bo: auctoritate cōmitti cū inſtācia poſtulante. Dominus. ℞. de uilla pōt. bon:de uoluntate cōſcilii ſpālis & general' coīs bo. campañ arum ſonitu ipalatio eiuſdem coīs more ſoliti congregati ipſi petro nota: predictas rogationes olim antonii predicti legitīe ac fideliter exemplādas & i formā publicā aucttēticas reducēdas iuxta tenorem infraſcripti ſacramenti. ſuam coīs bo. auctorita- tem cōmiſit. Qui petrus corporaliter iurauit ad ſcā dei euuan- gelia rogationes predictas eas uidelicet q̄ canʒellate non erant quociens opus fuerit. fideliter exemplare: & in publicam for- man redigere eas ſolummod his quorum intererit exibendo canʒellatas uero ꝑ canʒellatis ſcribere quando & ſicut exegerit.

ius & casus nihil addere minuere uel mutare nisi quẽadmodum in ipsis rogationibus scriptum inuenerit & notatum. & in his oĩbus omni dolo & fraude remoto fidem debitam obseruare. Itaq; tabellio cui talis cõmissio fcã fuerit rogationes sibi cõmissas quã do opus erit exemplabit hoc modo. scribet enĩ rogationes de uerbo ad uerbum ꝓut ea in quaterno inueniet nihil minuendo uł addendo. quo facto taliter se subscribet: Ego. p. imperiali auctoritate not: ex cõmissione mihi coĩs bono: auctoritate facta ꝓut in rogatione canzellata uel non canzellata olim antonii not: inuẽi ita fideliter per ordinem exemplaui scripsi & in publicam formam redigi: ꝙ si in rogatione illa non fuerit annus dñi uel dies inquirat tabellio in quaterno uel libro si ibi fuerit ante inscripti: inquirat etiam si in aliqua rogatione precedenti scriptus est dies: ꝙ si ĩuenerit posito signo & noĩe suo & tota subscriptione predicta ut ꝓxime dictum est: addet hoc: quãquidem rogationem scripsi & exemplaui ex quaterno in cuius primo folio uel secundo uel tertio erant scripti anni dñi. hoc modo scribendo anno dñi sicut inueniet. Et in rogatione uero que precedebat presentem rogationẽ erat scriptus dies hoc modo. die xv. intrante maio. licet quidam ĩ principio instrumenti illos annos dñi ponant quos ꝓximius inuenerit precedere rogationem ipsam sicut faceret in ipsis rogatiõnibus quodquidem facere possunt: Sed predictus uidetur mihi tutior modus melius ex eo posset oriri ueritas. & hoc de scripturis alienis extra iudicium exemplandis dicta sufficiant: Si autem aliqua scriptura in iudicio exẽplatur: fuerit illa scriptura acta publica: i. scriptura in iudicio facta. aut instrumentum ꝓcurationis uel sindicatus aut tutelle uel cure uł huius: debet & põt illi per ordinem exemplare cum die & consule. i. cum annis domini & nomine tabellionis & oĩbus per ordinem que in eadem scriptura continentur: premisso titulo hoc modo: hoc est exẽpluz cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est. & exemplans tabellio

se subscribet hoc modo. Ego: N. imperiali auctoritate not. & nū-tius coīs bono. predictū instrm de mandato talis iudicis autenticum scriptum manu talis not: ꝓut inueni in eo fideliter exemplaui. Sed si fuerit alia scriptura quam acta publica: utputa scriptura priuata sicut est instrm emptionis aut locationis uel simile. & petet aduersa pars in iudicio illud sibi exemplatum exhiberi. exemplabitur illud sine die & consule. i: sine publicationibꝰ instri nō enim dꝫ aduersa pars diē & consulē exemplatū hr̄e nisi uelit illud de falso arguere. Igitur sine die & consule exemplabit̃ hoc modo: Hoc est exēplū cuiusdā instri cuius die & cōsule pret̃missis tenor talis est: Et omissis ānis dn̄i īdic. die & loco & testibus. & nomen tabellionis exemplatur solus tenor & in fine talit̃ exemplās tabellio se subscribet. Ego: N. imperiali auctoritate. & nunc: coīs bo. not: predictū instrm cum die & consule pretermissis de mandato talis iudicis ad autenticum fideliter exemplaui:

Si autem exemplabitur cū die & consule dicetur simpliciter hoc est exemplum cuiusdaꝫ instrumēti cuius tenor talē: & scriptis per ordinē oībus a principio usqꝫ ad fineꝫ taliter se subscribꝫ Ego: N. imperiali auctoritate & nūc. coīs bono. not. predictū instrumentum de mandato tal̃ iudicis ad autenticum scriptum manu talis not. cum die & consule & omnibus per ordinem ī eis cōtentis fideliter exemplaui. Et nota ꝙ in scripturis que in iuditio exemplantur suficit subscriptio solius notarii exemplentis

Quomō scriptura ꝓpria exemplatur & reficiat̃ admissa.

I ꝓpria idest āte fcāꝫ scripturā iteꝝ ex rogationibus tuis exēplabis & sumes. potes illā auctoritate ꝓpria quotiens opus erit & casus exigerit scribere per ordinem sicut primam notā factā de priori scriptura aliqua mentione: dummodo ipsi soli personā ipsā exhibeas ad quā spectat: & cꝰitereſt eā hr̄e. utputa priuilegia instra ēptionalia & cuiuscūqꝫ datiōis rerū mobiliū & īmobiliū: testamēta emācipationes ꝓcuratioēs: & oēs alias scripturas illas vꝫ ꝓ q̄bus & de quibus nullū imineret

periculum nel alicui partiũ piudicium fieret etiam si plura iungi rentur unius & eiusdem tenoris. hoc tamen nota ꝙ si aliquis extraneus uoluerit exemplum instrumenti auctẽticati scriptᵉ debes illud ei dare cum uoluntate illius cuius interest & tunc eundem seruabis in exemplando modum qui seruandus ẽ in alieĩs scripturis exemplandis ꝓut supra docetur in precedenti rubrica:
Verũtñ si scriptura ulꝰ instr̃m tale fuerit ĩ quo cõtineatur debitũ siue ĩ pecunia siue in realia q̃ debetur que res tociens peti posset quotiẽs instr̃a ex illa re debita apparerent. unde ex hoc debitori posset periculum ĩminere eo ꝙ pretextu plurium instrumẽtorũ debitum pluries peti posset. Non debet illud instr̃m refici & iterũ ex rogationibus exẽplari nisi admisũ. & tunc debet sollẽnitas huius obseruari: Creditor enim debet adire iudicem & coram eo citari facere debitorem ꝙ si debitor ueniẽs cõfitebitur se debitorẽ esse & ad hoc ipsi creditori teneri in ea quantitate pecuĩe seu ꝑte aut re que ĩ istrumẽto debiti cõtinentur. & ꝙ nõ uult cõtradicere uel se opponere refectione illius instrumẽti. Iudex ipse tale ab ipso creditore exiget sacramẽtũ: tu iuras ꝙ hoc instr̃m qđ refici petit nulla dolositate adhibita perdidisti: & ꝙ nescis ubi aut penes quẽ sit: & ꝙ dolo ulꝰ fraude illud habere ulꝰ possidere nõ fuisti. & ꝙ istud nõ postulas refici fraudulenter. & ꝙ si quo tp̃e ad manꝰ tuas peruenerit uel hr̃e poterit restitues notario qui illud scripsit canzellatum & a ĩnihilatũ nec eo amplius uteris in preiuditio debitoris. & ꝙ etiã ex tũc cassum & irritum & nullius ualoris eẽ uis Quo facto iudex precipiet tabellõi qui scripsit instr̃m illud ut reficiat ipsũ & exhibeat creditori prefacto: Ex quo precepto & toto ꝓcessu predicto ipse tabellio ad excusationem sui sibi faciat fieri publicum instrumẽtũ per manꝰ alteriꝰ tabellioĩs quodquidẽ ita fiet. Cũ cor. coram dño scacauello iudice dñi R: pot: bono. peteret sibi quodam refici instr̃m debiti c. li. bono ad quod antoniꝰ tenetur eidem scriptũ manu: N: not. eo ꝙ illud se perdidisse di-

cebat: ipso antonio citato & coram ipso iudice confitente se debi torem esse coradi predicti. in predicta quătitate & resctione ipi⁹ instrumenti contradicere nolle. Et eodem cor. iurante ꝙ illđ uere ꝑdidit & in fraudem refici nõ petit: Et ꝙ si illud ad manus eius ꝑ uenerit ipsi not: restituet canzellandũ: dictus iudex predicto: N: not. precepit ut illud instrumentum reficiat cor: predicto ita ꝙ not. qui illud instrm̃ debiti scripsit exemplabit & scribet ipsũ de uerbo ad uerbum sicut fecit primũ. Subscriptõe noĩs se taliter scribet: Ego. N. ĩpiali auctoritate not: his cĩbus ĩterfui & rogatus scripsi & hoc ĩstrm̃ qui alia uice creditori prefacto exhibui iterũ ex rogatione cãzellata de mãdato taľ iudicis exẽplaui refeci & ipĩ creditori dedi eo ꝙ ipso debitore citato & se debitorẽ confitenteꝫ & refectione instrumẽti non cõtradicente dictus creditor iurauit illud sine fraude amisisse ꝓut ĩ scriptura publica facta manu taľ not: continetur Si autem debitor legitime citatus non compa ruerit ipse: uel alius contradicere uolens refectione instrumenti prestabit creditor inde sacramentum ut supra. hoc adito ꝙ iura- bit ꝙ non est sibi de dicto debito satisfactum uel ꝙ tantum ex eo recipere debet: & post hoc fiet preceptum notario qui scripsit ut supra hoc mutato quod instrumẽto precepti dicetur ipso debito re legitime citato & non opponẽte & hoc idem dicetur in subscri ptione notarii. Sed si debitor ueniens neget se debitorem & refec tioni instri se opponat. dicens simpliciter se soluisse nõ tñ oñdẽs principale instrm̃ debiti canzllatũ penes se: statuet enĩ iudex ipsi debitori terminũ infra quem solutionem ꝓbet. q̃ si non ꝓbaue- rit recepto sacramento dicto a dicto creditore suo precipiet & fi- et refectio instrumenti. Si uero probabit solutionem non fiet in strumẽtũ. ueꝝ si debitor prĩcipale ĩstrꝫ debiti cãzellatũ penes se esse oñdet. tũc ĩcõbet onus ꝓbatioĩs ei q affirmatiuã ꝓponet qa ꝑ reꝝ naturã affirmantis nõ autem negantis aliã ẽ ꝓbatio: Si enĩ dicet debitor ecce hẽo instrm̃ debiti cãzellatũ qđqđẽ mihi reddi-

tum est & cũ p redditionem cyrographi tollatur obligatio ñalis sum a debito liberatus. quodquidem neget creditor dicens istru mentum rdeditum non fuisse: Iudex imponet debitori ipsi ut ꝑbet redditionẽ instrũ: Si autem creditor dicat se ꝑdidisse istrm & illud ad debitorem ꝑuenisse sine cã ĩputetur ꝑbatio crditori ut ꝑbet se ꝑdidisse Et idcirco i hui⁹ nõ est tutũ affirmatiuã preser tim uel qui iustam causã fouẽt & dubitant de perfetione ꝑbatio-nis cũ plerũq; onus ꝑbationis ĩplicitum sit & graue Ceterum nota ꝗ siue debitor confiteatur siue citatus nõ ueniat: siue i abso lutione ut redditionem nõ ꝑbauerit sine alia cã interuenerit quaꝛ reficiatur instrm sẽp tantũ ĩ instro precepti qđ facit iudex nota rio de refectõe instrumẽti & etiã subscriptiõe noĩe notarii reficieꝛ istrm. faciẽda est mẽtio quo ꝑcessu & qua cã instrm reficiatur

Quibus causis redditur instrm suspectum & quomodo arguitur falsum Rubrica

Icet originali publico instro fides adhibeatur ut dictũ ẽ supra ĩ rubrica quid sit exẽplar & qd exẽplum a qbus uero caĩs derogatur fides istri & suspectũ redditur. Primo ex ꝑso na ꝑducentis. i. ꝑpt eũ qui istrm ꝑduxit ĩ cãꝫ qcquidẽ cõsuet⁹ ẽ ul aliqñ cõuict⁹ falsa in caĩs als ꝑduxisse istra: Secũdo ex ꝑsona scribentis. i. notatũ qui illud instrm scripsit eo ꝗ falsa cõsueuit scribere instrumenta. Tertio suspectum est instrumentum ex ip sa scriptura: ut quia in ea est aliqua uituperatio. i. abolitio uel ra sura uel canzellatio & tunc oportet eum qui ꝑducit probare ue-ritatem qđ si nõ fecerit presumitur falsarius: Calumniosam enim scripturam uim obtinere. Si uero aliquis dicat separatum esse aliquod instrm contra se productum falsum arguere. & ꝑp terea illud sibi postulat exhiberi. debet prius inscriptionis pagi-nam aput iudicem competentem deponere: i. se obligare ad pe-nan tallioĩs nisi ꝑbauerit qđ ĩtẽdit lꝫ hec ĩscriptio de cõsuetudi ne nõ seruetur: Itẽ dꝫ iurare ꝗ extimãs se posse argueꝛ falsum postulat illud sibi exhiberi. & hoc facto debet iudex nccĩtatẽ ĩpo

nere illi qui ꝑduxit instrumentum ut iterum ꝑducat nisi iuret se non habere nec dolo malo defuisse habere & qñ est uera ipã car ta sine dolo suo deperdita est: & ꝙ ꝑducit illud sibi est impossi bil'. Et ꝙ si ita iurare noluerit aliam qđ non patitur penam. sed ĩ strumento uel cartule ꝑducte nulla habetur fides Si autem ꝑ duxerit instrumentum ille contra quem opposita est exceptio đ falso & probare noluerit fidem & ueritatem instrumenti licebit ei contra quem ꝑductum est ꝑbare falsitatem: Sed tamen ante sñiam uel post sententiã precedente appellatione: quia si habita fuit questio falsi ante sententiam & non est appellatum: & con firmata est post appellationẽ primã: sñia non licet postea de fal sitate ꝑposite querelam: Et est ratio qr sñia approbauit fidem in strumẽti Si uero ante sententiam non fuit hĩta questio de fal so lꝫ postea ꝑponere: & si ꝑbabitur falsitas reprobabitur senten tia etiam si nõ fuerit appellatũ Nota tñ ꝙ ad ĩprobãdũ aliqđ publicũ instrumẽtum non sufficiunt duo uel tres testes qr saltẽ in quolibet instrumento sunt duo testes & tabellio qui ꝑ tertio teste censetur Sed si quattuor uel quinq; testes bone opinioĩs dicerent contra publicum instrumentum magis credendum ẽ te stibus q̃ instrumento. Sunt tamen quedam publica instrumen ta cõtra q̃ ꝑbationẽ incõtrariũ nõ recipimus. s: cõtra cõfessioneꝫ a tutore ĩuẽtario publice scripto & a tribus testibus subscriptio fa cta & etiam cõtra confessionẽ a muliere factam ĩ publico ĩstro in quo confessa fuit se aliquid ꝑ ĩtercessione accepisse. porro cõtra priuatũ ĩstrm põt ꝑbari cõtrariũ etiã per duos testes oĩ exceptiõe maiores

De cõparationibꝰ lraꝝ

Via comparatio litterarum fidẽ dat & plerũq; derogat instrumentis publicis & priuatis. ideo de ea uidenduꝫ est. s. qũo fit & quando fit. & per quos & qđ fit eiꝰ effe ctꝰ: Fit etiã cõparatio lraꝝ ex publico instro hoc modo: tu ꝑdu cis cõtra me instrm alicuius tabellionis. ego si derogo fideꝫ illius

instrumenti dico illud scriptum non esse manu illius tabellionis cuius nomen subscriptum est i eũ ad hoc ꝓbandũ induco aliud instrumentum quod uere scriptum esse manu talis tabellioĩs qd apparet esse simile littere & forme: & per hec intẽdo ꝙ ille q scripsit istud non scripsit illud. Item contra ego duco aliquod instrumẽtũ qdqdẽ dicitur esse suspectum & scriptum ẽ alteri⁹ manu .qđ illius qui scriptus est. ego ut ꝓbem esse uerũ duco aliud istrumentum quod uere constat esse scriptũ mãu eiusdẽ tabellionis qui in illo suspecto subscript⁹ ẽ: & c. & est cõ similis littere & forme cũ illo suspecto . unde per hoc fidẽ facio ꝙ uerꝝ ẽ. Fit autẽ ipsa cõparatio litteraꝝ quando nõ superest: i. qñ non uiuit ł habere põt ille tabellio cuius nomen scriptũ ẽ in istrumento. & tunc facienda est comparatio litterarum tabellionis & signoꝝ uł notarũ ad plenã fidẽ. Quãdo uero tabellio supest. nõ est facienda cõparatio lr̃aꝝ: qr p actorẽ instr̃i declarat᷑ fides: suficit enĩ ꝙ ipse dicat se scripsisse ł ñ scripsisse. Est aũt cõpatio faciẽda ab ılı et p illos qui bñ nouerũt formas & figuras lr̃aꝝ & uarietates. & debꝫ prestari sacramẽtum ab eis qui lucri cã nõ inimicitiis nõ gr̃a ipsarũ cõparationẽ faciet Itẽ debꝫ iurare ille q instr̃m p o lucit ad cõparationẽ & ille qui petit fieri cõparationẽ ꝙ qr non habet aliã idoneam ꝓbationẽ & fidẽ uenit ad cõparationem faciẽdã & ꝙ nihil eget uel machinatus est p ꝙ possit ueritas abscondi. Effectus aũt comparatioĩs ẽ ut ex ea semiplena colligatur fides. licet qñꝫ ꝓ it iudici uidet᷑ oĩo credatur cõparationi . Et est ratio quia soli collationi & cõparationi nõ sit adhibenda fides: qr lr̃arum disimilationem sepe qđ tempus facit aliter enim scribit quis iuuenis & robust⁹. & aliter senex & tremens. sepe aũt & lãgor hoc facit idẽ calami & atramẽti mutatõ aufert p oĩa similitudis puritatẽ.

De operis cõclusione

Cce iã quicqd ego Rolãdinus minimus notarioruꝫ minister circa tabellioãt⁹ officiũ a pricipio h⁹opis mẽte ꝯcepi ẽ

ad efectũ finem de habundanti christi misericordia & boĩtate cõ-
ductum. Sed quoniã multi male uel minus bene data esse non ã
bigo illa legens quilibet sciat mei scribentis iueisse de ꝓprio: Si
quid aũt ĩ opere boni est de solius diuine mĩe munere ꝓcesisse
Itaqꝫ defectus & error mihi bõa uero soli bonoꝝ oĩum tribuãtur
actori. cui laus & grãꝝ actio honor & glĩa i scl̃a sclõrum Amen:

Incipit tractatus notularum rubrica

Ractaturi de arte notarie: Primo uideamus quid notaria. & quot noĩbus nũcupetur: Secũdo que & quot sint prĩci-pales partes notarie. Notaria ẽ negotia hoĩnũ publice & auctẽti-ce notare. qr nõ oĩs scriptura notoria & publica & auctẽtica ẽ Sed illa solũmõ que in publicã & auctenticã redigitur formã: Et dr̃ notaria a noto notas quia ĩ notis debet redigi: Vnde in aliquibus locis rogationes appellantur note. qr sunt note instrumentorum qr ideo etiam uocantur rogationes eo ꝙ illas rogatur tabellio scri bere & ex illis rogatur facere instr̃m. Dicuntur etiam ꝓthocolla a proto primũ & collatio. i: prima collatio. Conferunt ergo pri-mum adinuicem partes quid uellint facere & ex illa collatione fit ꝓtocollũ siue rogatio: Dicitur autem notarius a notaria. Et ẽ no-tarius persona priuilegiata ad negotia hoĩnũ acutẽtice conscribẽ da: qui etiam diuersis noĩbus nuncupatur: Sed quantũ ad subie ctũ & rei essentiam una est diffinitio quocũqꝫ noĩe nũcupetur: lꝫ ĩ noĩbus aliq̃ sit diferentia: Sed diferẽtes actꝰ. Dicitur etiam no-tarius tabellio siue tabularius: ad hec acta quia notabant olim in tabulis. Dicitur scrinearius quia scripta eorum olim ubi iura te-nebantur reponebantur in scrineis. uel quia ĩ tabelliõe sicut scri neo dꝫ secretũ & tutum esse qcquid in fide ei comittitur. Dicitur etiam seruus publicus: sed qr eius oficiũ est ad publicam utilita-tẽ ĩuentũ: Dicitur librarius quia sicut libra oĩa ad suum oficium spectãtia eq̃liter fidelr̃ & iuste prepõderare. Et dr̃ scriba ad scribẽ dũ semp tantum ut dictuꝫ est: una est difinitio: Sunt autem tres principales partes notarie: oficium in tribus principaliter consi-

ſtit . ſ. Primo in contractibus: Secundo in ultimis uoluntatibus Tertio in iudiciis. De quibus tribus partibus per ordinem eſt uidendum: Primo de contractibus. Si contractus fuerit ex pacto inito inter partes & ex contractibus & pactis fiunt ſcripture publice que appellantur inſtrumenta Idcirco primo uidendũ eſt quid ſit contractus. Et de contractuum diuiſionibus & quot & que in contractibus exigantur. Secundo de pactis & de pactorum diuiſionibus: Tertio de inſtrumẽtis & inſtrõꝝ fideiuſſoribꝰ

Quid ſit cõtractꝰ & ꝺ cõtractuũ diuiſionibꝰ rubrica

Ontractus eſt proprie unde ultro citroqꝫ. ideſt hincinde oritur oblgiatio: Ideo dicitur proprie quia contractꝰ aliquando ſumitur ꝓprie: & hoc ſecundum dictam diffinitionem: aliqñ ĩproprie aliqñ magis ĩproprie. Proprie dicitur contractus qñ ultro citroqꝫ. i: hininde oritur obligatio: ut emptio . uenditio. locatio. & condutio: Venditor enĩ obligatur emptori ad rem tradendã & uenditor obligatur uenditori ad preciũ ſoluendum: Item locator obligatur cõductori . ut ſinat eum uti re locata & conductor obligatur locatori ad mercedem ſoluẽdam . Et generalr̃ dicitur contractꝰ ubi mutue ꝓmiſiones & obligationes hĩcĩde interueniunt ut eſt contractus arraꝝ primꝫ uidelicet libri noſtri. Itẽ ꝓprie dr̃ contractus qñ ſoluꝫ una pars alteri obligatur & non econuerſo : quia licet non oriatur obligatio hincinde : contractus tamen dicitur. licet ĩ ꝓpria ſignificatiõe magis ĩ ꝓprie dr̃ cõtractꝰ qñ ex nulla pte orit̃ obligatio. ſꝫ liberatio. i. ĩ trãſactõe ex qua non oritur obligatio imo facta diſſoluitur Contractuum alii ſunt nominati alii innoĩati. alii magis ĩnomĩati: Nominati ſunt. emptio: uenditio. & locatio: condutio. comodatum: depoſitum: mandatum. ſocietas. pugnus: qui ideo noĩati dicuntur: eoꝙ unum quodqꝫ dictorũ uocabulorum alterĩꝰ ſignificationem ſuam atribuere nõ poteſt. Et qr nomen ſuum ita proprie & ſtricte ſibi atributum eſt. ut illud alteri contractui acomodare non poſſit . Vnde emptio: & uẽditio non põt dici locatio uel

cõmodatũ nec econuerſo In noĩati contractus ſũt ut do ut des facio ut facias: do ut facias: fecio ut des: De primo cõtractu in noĩato. ſ. do. ut des. eſt exemplũ ĩ ꝑmutatione do enĩ tibi domũ meam ut des mihi uineã tuam: De ſecundo. ſ: facio ut facias poteſt poni exẽplũ: ut ꝓmitto tibi ſcribere libꝝ eo ꝙ tu ꝓmittis mihi edificare domum De tertio: ſ: do ut facias eſt exemplum ut do tibi equm eo ꝙ promittis ſcribere librum De quarto. ſ: facio ut des, eſt exemplum ut ꝓmitto te docere artem philippanã & tu ꝓmittis mihi dare x: corbes frumenti Qui ideo dicuntur ĩnoĩati eo ꝙ noĩa eorũ ſunt ita uaga ꝙ aliis noĩatis contractibus poſſunt acomodari: Vnde do ut des: põt acomodari ẽptori & uẽ ditori. uenditor enim dat rem ut emptor det preciuꝫ Item do ut facias poteſt acomodari locationi & conductori: qꝛ conductor dat mercedem uel penſionem. eo ꝙ locator faciat. i: preſtet ei pacientiam utendi Magis ĩ nominati cõtractus dicũtur pacta que ideo magis ĩ nominati dicũtur eo ꝙ acomodari poſſũt noĩatis in noĩatis cõtractibus: Vnde emptio & uẽditio ẽ pactũ ut do ut des & ceteri innoĩati contractus ſunt pactũ: quia pactũ eſt adeo generale nomen ꝙ oĩbus contractus põt acomodari. Et qꝛ oĩa contiẽt que fiũt cã obligatioĩs cõtrahende uel tollende. Viſis itaqꝫ diffinitionibus & diuiſionibus cõtractuũ. reſtat uidere que & quot in contractibus exigantur. & ex quibꝰ cõſtent: Sed quoniã cõtractus cõſtat ex tribus. ſ. ex pſonis rebus & obligationibus: Iõ de uno quoqꝫ uidendũ eſt & prĩo de pſoĩs & eoꝝ diuiſionibus. & q̃ pſone ſe obligare põt: & q̃ cõtractũ reddunt inutilem

De pſonis & perſonarum diuiſionibus

X pſonis ſex diuiſiones fiũt. Prima diuiſio eſt talꝭ. oẽs hoĩes aut ſũt maſculi aut femine aut hermofraudite maſculi ſunt qui agunt & gignunt: Feĩe ſũt que concipiunt & pariũt: Hermofraudite ſũt qui habent utriuſqꝫ ſexũ maſculinum uidelicet & femininũ inſtrumentum. Sed ſi ualeſcit & preualet maſculinus ſexus cenſetur maſculus Secunda diui-

ſio eſt quia perſone alie ſunt nate alie naſciture Nate ſunt que ab utero matris ſeparate ſunt reddiderunt in lucem. Naſcitu re que concepte adhuc ſunt in utero matris. & hi pro iam natis habentur. Tertia diuiſio eſt quia omnis homo aut eſt liber: aut eſt ſeruus. Seruus eſt qui naſcitur de ancilla uel qui capte de hoſtium poteſtate qui ſerui emancipia dicuntur ideſt manuca pta Item ſeruus eſt maior uiginti annis qui ad precium perci piendum uel alio iuſto titulo patitur ſe uenundari. uel alio iuſto titulo alienari alicuius lucri uel comoditatis cauſa non ignarus ſue conditionis: ſi emptor uel acceptor illius conditionis ignoret & uenditus inueritate pretium percipiet: Sꝫ etiam ſeruoru mul te diuiſiones ſunt. de quibus nihil ad preſens: liberi dicuntur na ti de liberis parentibus. uel ſaltem de libera matre qui liberi ſe quantur conditionem matris & non patris Liberorum alii ſũt ingemui alii libertini: Ingemui qui ſtatim ut nati ſunt liberi ſiue naſcantur ex duobus ingemuis : ſiue ex duobus libertinis: ſi ue ex uno ingemuo. & altero libertino. Sed ſi quis naſcatur ex matre libera & patre ſeruo ingemus & liber eſt. Libertini di cuntur qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt: Quarta diuiſio eſt quia perſone alie ſunt que ſunt ſui iuris: alie iuris aliẽi Sui iuris ſunt libere pſone patres & matres. familias : que facte ſunt ſui iuris morte parentum uel per emancipationem uel alio legi timo modo Alieni iuris ſunt ſerui: Item filiifamilias qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt ſiue obtineant primum locum fi liorum. ſcilicet quia ſunt nati ex uiris & uxoribus matris ſue ul teriorem locum. ut nepotes uł pnepotes. & deĩceps ceteri ex maſ culino ſexu deſcẽdẽtes, Itẽ cũ hoies ſũt filii uel Fuerint. fit quĩta diuiſio filioꝝ. qr filiorum alii ſunt legitimi & naturales. alii legi timi tantum: alii naturales tantum: alii nec legitimi nec ñales: le gitimi & naturale ſunt qui procreantur ex legitimo matrimonio

Legitimi sũt tantum adoptiui Naturales tantũ qui nati sũt ex cõcubina unico & indubitato affecto cõiũcto licet legitimi ñales nec sũt spurii ex incestuoso coitu nati Item fit sexta diuisio. qr omnes persone aut sunt legitime etatis aut non legitime Legitima etas est a xxv. annis supra & huius etatis homines dicuntur maiores. Et non legitima etas est a xxv. annis & homines huius etatis dicuntur minores & non legitime etatis. Horum minorum alii dicuntur puberes: alii impuberes: puberes sunt a xiiii: annis supra masculi: & a xii. annis supra femine. & hi etiam dicũtur adulti & adolescentes Impuberes uero sunt masculi minores. xiiii: annis. & femine minores xii: & hi etiam uocantur pueri & puelle Horum impuberum alii sunt infantes & hi sunt a die natiuitatis masculi & femine usq; ad septimum annum. alii sunt proximi infantie. & hi sunt a septimo anno supra usq; ad nouem & dimidium femine: & usq; ad decimum & dimidium masculi: ab inde uero supra usq; ad xiiii: masculi: & usq; ad xii. femie dicuntur ꝓximi pubertati & hoc de personarum & etatum diuisionibus: Igitur uidendum est que persone contractum reddant inutilem

De contractibus inutilibus ratione personarum

Olligi possunt ex uniuerso xiii: persone quarum occasione contractus ab eis inuitus regulariter uideatur & redditur i utilis adeo regulariter ut dictum est quia aliqua ex eis in aliquibus se possunt casibus obligare ut inferius apparebit. Si autem ex illis quedam que contractum uiciant ratione etatis. ut infans & maior infante: & proximus pubertati: & pubes: quedam ratione conditionis ut filiusfamilias & seruus. quedam ratione morbi ut furiosus mutus & surdus. quedam ratione delicti: ut prodigus: hereticus: & apostata. Et confitens crimen lese maiestatis. de quibus omnibus per ordi

nem eſt uidendum. Infans eſt minor ſeptē annis nec naturaliter obligatur nec alium ſibi obligare poteſt . Si maior infante tenetur ſolui de ſponſalibus contractis & non de alio: Proximus pubertate aut habet tutorem aut non. Si habet tutorem contrahit cum ipſo tutore nec naturaliter neq; ciuiliter aſtringitur: Si uero contrahit cum extraneo cū auctor̄: tutoris obligatur ciuiliter & naturaliter licet ſi deceptus ſit poſſit reſtitui: Sed ſi careat tutore obligatur naturaliter tantū & non ciuiliter: & ſola nat̄l obligatio eſt ieficax ad agendū exceptis duobus caſibus ī quibus naturaliter & ciuiliter obligatur qn̄ tutor̄ caret: ſ. ex cōtractu d̄ quo factus eſt locuplectior & qn̄ dolum cōmiſit qr ratione doli tenet̄ in ſolidum: Pubes. i: maior. xiiii: annis maſculus ul̄ xii. feīa: ſed uterq; minor xv: annis. ſiue pat̄ familias ſit: ſiue famulus fuerit tenetur de omni contractu inito a predeceſſore ſuo & ex cōtractu tutoris facto cum decreto niſi in duobus caſibus. ſ. ſi grande damnū paſſus ſit. i. maius dimidiū iuſti pretii uel fraudis conſilium interceſſit: i: ꝙ doloſe deceptus ſit a tutore: De his autȝ q̄ geſta ſunt cū ipſo pubere ſine curatoris auctoritate . Sed ſi non habet curatorem obligatur adultus ciuiliter & naturaliter. Verū tn̄ ſi deceptus eſt ꝓ modico damno ideſt minori dimidia iuſti pretii dummodo non ſit inita minima ꝙ preiudicet maioris rei uel ſumme reſtitutionem in integrum poterit petere. poteſt toto tempore minoris etatis & ea finita ſcilicet quadrigenium continuum: & hanc reſtitutionem petere poterit de his que amiſit hoc eſt de re quam dedit: & de his que non acquiſiuit ſiue de lucris ommiſſis hoc eſt ſi derelictā ſibi hereditatem ſibi repudiauit Item de eo qui alicui oneri ſe implicuit : hoc eſt ſi pro altero fideiuſſit . Et ad hoc reſtituatur debet probare ſe minorem & ſe deceptum quia non eo ipſo ꝙ minor eſt deceptus intelligitur. Sed fallit in quinq; caſibus in quibus mīor de cōtractu ab īito n̄ reſtituit̄ etiā ſi ꝓbet ſe deceptū. Prrim⁹ caſ⁹

est si mutauit statum uendendo se uel alter alienando ad preciũ
uel lucrum participandum quia in hoc non restituitur Secũdus
casus est si maioris summe uel rei preiudicium generetur.i:si pe
tit restitui ꝓ minima parte in qua dicat se receptum quia melius
est ꝙ damnum recipiat in illa minima parte quã totus contract⁹
infringatur: Tertius casus est si minor sit usus iur̃ comuni ut
quia addit hr̃ditatem locupletam uel emit seruũ neccessarium &
postea nate res casu perieret uel seruus mortuus est. non enim
tunc restituitur. quia non uidetur esse deceptus si usus est iure co
muni nã non euẽtus damni. sed ĩcõsulta facilitas prebꝫ restituti
oni. Quartus casus est si dolum commisit qr deceptis & non
decipientibus iura subueniunt: Quĩtus casus est si corporal̃r
iurauit nõ se uenturꝫ cõtra occaõne mĩoris etatis qr sacramẽta pu
berꝫ spõte facta super cõtractibus rerꝫ suarꝫ precipim⁹ ĩuiolabil̃r
custodiri. Sed si iurauit ꝑ deũ uerũ uerbotenus se maiorẽ nõ
restituitur nisi ꝓbet ꝑ argumenta scripta ĩserta:i: per instr̃a publi
ca facta de die natiuitatis sue: ꝙ qñ uerbotenus iurauit: non hr̃e
xxv. annos. sed si hoc uellet ꝓbare per testes non auditur filiusfa
milias qui subiectus est potestati patris uel aui uel ꝓaui cũ ipõ
patre auo uel ꝓauo ciuiliter obligatur quia iuris interpretatiõe
eadem est persona patris & filii non de castrensi uel quasi castrẽ
si peculio quia de his cum patre contrahere põt eo ꝙ castrẽsi uel
quasi castrensi tanquã paterfamilias habetur: Sed si cum alio
quocunqꝫ contrahit naturaliter & ciuiliter obligat̃ nõ tñ ei rẽ pr̃is
ꝑmittitur obligare sine suo consensu: Verumtamen falit ĩ uoto
& in mutuo de quibus nõ obligatur. Sed si nouet aliquid reipu-
blice se daturum nõ tenetur: secus si uouet deo utputa si mona-
sterium sit ingressus quia ad hoc astringitur etiã patre ñ cõsenti-
ente: In mutuo uero licet ñal̃r & ciuil̃r obliget̃ deffendit̃ tñ ꝑ
exceptionem macedoniã senatus consulti quequid est odiosa ĩuẽ
ta. s. ĩ odiũ feneratorꝫ: & ꝓptera nõ potest fili⁹ famil̃: eã remitter̃

nec ipsi exceptioni renunciati quia non in sui fauorē. sꝫ ī odiū feneratorū inuenta est. Vñ si pecuniam uere ꝓ ñ ficte & eo tpe q erat filiusfamil accepit mutuo non tenetur ad eam reddendam: ipse uel pater eius. falit tamē in his sequentibus casibus ī qbꝰ ipē uel pater de mutuo cōtracto a filio tenetur. Primꝰ ē si filiusfamilias se p̄emfamilias eam p mēdaciū dicat. Secūdus ī ratione publice ignorantie. ut qr publice paterfamil plerumqꝫ uidebat sic agere: Et si contrahebat sicut muneribus fungebatur. Tertiꝰ si pupillus sine tutoris auctoritate uel adultus sine curatoris auctoritate mutuauit filiofamil: Quartus si mutuum in rem patris uerterit ut qr dotauit sororē uel familiam patris interuenerit uel quia soluit creditori patris quia tenetur pater ad illā pecuniam reddendam Quintus si mutuum accepit usqꝫ ad illam quantitatem quam pater non deberet recusare ei dare quando aliquid degebat cum legationis uel causa studiorum Sextꝰ si pater consentit quando mutuum accepit pater non importabit actum filii. & intellige de patre qui habet filium in potestate: filius eius familias suo filio consentiēdo qui est in aui potestate nō ut cesset exceptio macedoniana Septimu si mutuum acceperit ut se liberaret ab alio creditore quām non poterat remouere Et nota ꝙ licet appellatione pecunie largo modo sumptum contineatur quicquid est in numero pendēte uel mensura hec tamen stricte sumitur solum ꝓ illa pecunia que ē ī numero & hoc ē ꝙ supradicitur filiū famil ñ tñ de mutuata. s. de illa q̄ cōsistit ī numero secus si acceperit aliquid qđ cōsistat ī pōdere uel mēsura: qr tūc tenebit nisi fraus adhibita sit a creditor utputa qr đdit filiofamilias frumentum uinū & oleū ut his distractis utent pecunia: Item nota ꝙ exceptio macedonianadatum non solum filiofamilias sed eius heredi & eius fideiussori. uñ eadē exceptiōe deffenditur fideiussor Iteꝫ nota ꝙ qñ filiusfamil habet castrēse uel quasi castrense peculium cessat tunc macedoniana usqꝫ

ad quantitatem peculii: Seruus cum dño suo ciuiliter non obligatur. sed cum extraneo pacisci pōt domino acquirendo. nam ex post dñi habet ius stipulandi. alii uero eficaciter non obligat cum ꝑ mortuo reputetur. sed ex eius contractus dñs conuenitur de peculio serui. uel de eo ꝙ in rem. i. in utilitatem domini usuȝ uel in usu domini. i. de contractu ab eo facto iussu domini: fallit tamen in tribus casibus in quibus dominus de peculio seruo nō tenetur. s: cum seruus donat uel uouet uł fideiubet extra causaȝ peculiarem. Furiosus uel mentecaptus tempore furoris contrahere non pōt. eo ꝙ contractus fieri non possunt sine cōsensu ipse expresim uel citate consentire non potest. Vnde tamen si contrahit mente recepta uel si habet dillucida interualla contractus tūc ab eo initus ualet: Mutus surdus: quia ipsis morbis naturał laborant contrahere non possunt quia stipulatio per interrogationem & responsionem fieri debet. & is qui stipulatur uerba ꝓmitentis: & econuerso ꝓmittens uerba stipulantis audire ꝙ predicī facere non possunt & hec intelliguntur de ipsis muto & surdo qͥ tempore contractus predicto morbo laborant: Prodigus cui bonis interdictum non obligatur. hereticus. apostata. cōttēs crīē lese maiestatis non possunt contrahere: quia his personis a lege ē interdictum contrahendi cōmertium. & ideo contractus initi i utiles sunt: Ceterum licet mulier non sit de xiiii. personis que per se obligare non possunt. & licet mulier se nomine suo obligare possit: quia tamen in fideiussione regulariter adiuuatur beneficio ualeiani senatꝰ consulti. Videndum est quando in fideiussione obligatur & quando non: i: quando se iuuare potest hoc bñficio & quando non: Igitur si mulier fideiubet pro alio: uel si prestet fideiussorem ꝑ alterius obligatione: aut si pro alio se cōstituit debitricem: aut rem suam pro alio pignore obligauit non tenetur ipsa nec eius fideiussor nec res sua pignori pro altero obligata. etiam si sit uirˀ uel filius pro quibus hoc fecerit: Sunt tñ

sex casus speciales in qbus mulier fideiubēdo tenetur. & hoc bñficio nō iuuatur: Primus est si mulier fideiusit ꝓ pecuña illa q̃ data ē alicui dño manutenēti ꝓ precio manumissiōis serui: Secundus si mulier intercessit ꝓ dote alicuiꝰ mulieris. Tertiꝰ si mulier renunciauit ueleiani senatus cōsulti ꝓ cui fauore ītroductū est & īde ualet renuntiatio si certioretur de iure ipsius beneficii: Quartus si accepit preciū uel aliquid loco precii ꝓ intercessione &.c. Quintus si uoluit decipere creditorē sciens se tutā hoc senatꝰ consulto cū creditor ignoraret fragilitati eniꝫ & nō calliditati subuenitur Sextus si intercesit aut pignus uel si deiusorē pro alio dedit: & post biēnium a prima cautione numerādū iteꝝ ad idem se obligauit. uel ꝓmisit. uel fideiussorem dedit sibi enim debet īputare si uel ultro firmauit quod sepiꝰ potuit cogitare & euitare Videtur enī ex tali ꝓlisitate tēporis non ꝓ aliena obligatione: sꝫ ꝓ sua se obligare: & ex secunda cautione se obnosiam facere Intra bienniū autem si iteꝝ si ad idem obliget non sibi preiudicet qr ex consequētia sue fragilitatis in secundā uidetᷣ incidisse iacturam. Vnde uersus de dictis sex casibus: Casibus in senis mulier spondende tenetur : ꝓ libertate dote renuntiet. & si accipiat precium capiat caueatq; secūdo: Item nota ꝙ mulier fideiubere uł se obligare non pōt ꝓ uiro etiā qualitercūq; renuntiet. qr tunc uidetur donare uiro. Et inter uirū & uxorem ꝓhibita est dōatio. nisi ꝓpter nuptias uel cā mortis non tamen ꝓhibitum est uirum ñ posse obligare ꝓ uxore ubi ꝓcessit īcomodum mulieris Et nota ubicūq; nō est fideiusio mulieris cessat bñficiū ualeiani Igitᷣ uidendū est de ꝑsonis que contractum reddūt inutilem qr nō solū ratione ꝑsonaꝝ: imo etiā rōe reꝝ cōtractꝰ uiciatᷣ. uidēdū ē de rebus super qbus & de qbus contrai non potest

De cōtractibus īutilibus ratione reꝝ

Es q̃dā sūt sup qbus iure ꝓhibēte. & q̃dā natura inhibēte cōtrahi ñ pōt : Iure ꝓhibita ē alieātio predii mīoris.

s

.i. ĩpuberis & oĩũ reꝝ ĩpſius mĩoris q̃ ſeruãdo ſeruari poſſũt ut auri & argenti precioſoꝝ ueſtiũ: & oĩũ illaꝝ reꝝ que tp̄is ꝓliſitate nõ pereũt niſi illa ĩteruenıãt q̃ ĩ huius aliẽatioĩbus de iuris ſolẽni tate ĩteruenire dñt. Quequidẽ ſũt iſta uidelꝫ .primo ut fiat alie natio ob es alienũ .i. ĩmineat debitũ quod ſibi ſolui negat credi/ tor uel ex quo idẽ mĩor uſuraꝝ onere pregrauetur: Secundo ꝙ faciat cũ auctoritate tutoris. Tertio ut iudicis decretũ interueĩat qđ decretũ cũ multa iudicis deliberatione ĩterponi dꝫ .Quibus aũt diſcuſſionibus & deliberationibus iudex in his ꝓcedere debe at: non nr̄m eſt: ſed iudicis officiũ: Contingit tñ ꝙ prediũ mino/ ris aliq̃n ſine decreto alienari põt. uidelicet q̃n defũctus eſt: cuiꝰ bonis prediũ iſtud ꝑuenit ad minorẽ: hoc ſi in ultima uoluntate iuſſit: uel ſi minor hoc a principe impetrauit. alie uero res q̃ mi/ nores ſeruando ſeruari nõ poſſũt. ut ſupraueſtes uſu decerte uel corrupte & fructus ut poma: uinũ: oleũ: frumẽtũ & aĩalia ſuꝑua cua uẽdi poſſunt a tutoribus: Ceteꝝ nota ꝙ appellatione pre/ dii ĩtelligũť urbana & ruſtica predia: Itẽ ꝓhibita eſt alienatio filiofamilias de rebꝰ p̄rnis ſine iuſſu p̄ris: Pať uero familias ꝓ hibita eſt alienatio reꝝ que obuenerunt filio ex aduenticio pecu/ lio & dr̄ aduenticiũ peculium qđ filiofamil' obuenit ex ſucceſſiõe p̄ris uel alicuius ſibi cõiũcti per lineã maternã uel ex eius ꝓſꝑa fortuna. & non ex ſubſtantia p̄ris uel eius contẽplatione: qđ etiaꝫ aduenticiũ a filo alienare nõ põt: ſine conſenſu p̄ris: cuius ipſius peculii & ꝓprietas ſit filii & uſusfructus p̄ris: Interdũ tñ .ſ. quã do iminet filio es alienum põt pater es aduenticiũ alienare: p̄io mobilia. poſtea immobilia: ne filiusfamilias uſuraꝝ oneř pregra uetur. de ꝓfeticio uero peculio non poteſt filiusfamilias contra/ here: cũ nihil ad eũ: ſed totum ad patrem ꝑtineat pleno iure & di citur ꝓfeticũ qđ obuenit filio ex ſubſtantia uel rebus patris De caſtrenſi autẽ ul' q̃ſi caſtrenſi peculio poteſt filiusfamil'. tã cũ p̄re q̃ cũ alio quoq; contrahere & paciſci: qr in his ut p̄rfamil' hẽť & totum .ſ. ꝓprietas & uſusfructus ad filium ſpectat & nihil ad

patrem. Et dicitur castrense peculium militare id uidelicet q̄d filiusfamil' acquirit in castris tantū: quasi castrense dicitur: idest q̄si militare: q̄ acquirunt filiifamil' aduocati: magistri liberaliuʒ artium: & medici ex ipsoꝝ officiis Item ꝓhibita est alienatio fundi dotalis: s: īextimati dati in dotem: qr si extimatus esset nō dr̄ dotalis. sed ēpticius. hic fundus dotalis uēdi aut donari. aut alio modo alienari non pōt: neq; ab uxore: neq; a uiro etiam consentiente & iurante uxore: qr hoc ꝓhibet lex & hoc q̄d fit contra legē ꝑ infecto habetur. & debet haberi. Idem est in fundo q̄i dotali & dicitur fundus quasi dotal' ille qui legatus est seruo īextimato. dato in dotem: Verumtamē licet fūdus dotalis uoluntarie alienari non posit: permittitur tamen ipsius alienatio si ex neccessitate contingat: s: qñ mulier dedit in dotem portionē fundi ꝓindiuiso īextimatum & maritus ꝓuocatus ad diuisionē a socio fundi tunc enī ex neccessitate uidetur alienari quando ꝓuocatus est. sʒ secus quando ꝓuocat quia esset uoluntaria alienatio: Item est neccessaria alienatio quando maritus noluit cauere uicino de dāno infecto cui dotale predium minabatur ruinā & ob hoc uicin⁹ missus est in possessione & ex primo & secūdo decreto: Vnde hec alienatio non est uoluntaria. sed neccessaria. quandoq; etiam si fundi dotalis alienatō utputa si multis expediat q̄ fundus conuertatur in pecunia ut qr uxor illum uendat ꝑ redimendo uiro: filia ꝑ alendo patre: & soror ꝑ alendo fratre laborantibus inopia.
Item etiam fit alienatio fundi dotalis quando loco ipsius alium fundum accepit maritus in dotem Item ꝓhibita est alienatio illis rei quam testator in sua ultima uoluntate ꝓhibuit alienari si ipse expressit causam quam noluerit eam alienari uel si persona appareat cuius occasione ꝓhibita est alienatio: Item ꝓhibita est alienatio rei religiose & dicitur litigiosa res de cuius dominio cā mouetur īter petitorem & possessorē. Fit aūt res litigiosa in cōtinenti oblato libello huius letigitiose rei ꝓhibita ē alienatio ad

eo ut magne imposite sunt pene danti & accipienti litigiosam rē & enim ille qui accipit emptiōis uel dōationis titulo: uel alio quo cūq; contractură litigiosam siquidē sciebat litigiosā rem cogitur rem reddere: & nihilomin⁹ priuatur pretio qđ ille qui alienauit & ipsum precium accipiet cogitur prestare fundo & tātundem đ suo Si autem ille qui accepit ignorabat rem litigiosam esse rē oio reddere debet: Sed precium sibi restituetur a uenditore . qui uenditor tantūdem de suo dabit emptori & fisco: s. emptori tertiam partem qr eum decepit debuit enim dicere ei in litem esse Reliquas uero duas partes dabit fisco & hec pena etiam locū hēt in donatione rei litigiose ut facta uera extimatione in ea puniatᷣ uterq; ut dictū est in precio. In casibus tamen permittitᷣ rem litigiosam alienari. s. ex causa dotis uel donationis ꝑpter nuptias trā sactionis uel diuisionis Item inutilᷣ est contractus si quis rē suā pure stipuletur uel emat. secus uero si sub conditione emat: quia in euentu conditione ualebit emptio. utputa si emat res & desineret eē sua qr tūc adueniente ea cōtradicit: tenetur rez emere & dare ei alioquin daret extimationē rei Itē etiā uallet emptio rei ꝓprie rōe possessoris quā emptio nō habebat ulᷣ rōe alterius iuris qđ deficiebat emptioni in rem suam: Emptio tñ rei aliene premissa est qr rem alienā uendere quā posse nulla dubitatio ē: Sed hoc premissū est ī preiuditiū uēdentis & nō ī preiudiciū ueri dñi qr cū uēditor rem tradere debeat & rem alienā tradere nō possit erit preiudiciū qr tenetur de euictione si recepit preciuz: Sed nota hic ꝙ uenditor debet tradere rez & facere ꝙ emptor habeat uacuam possessionem: hoc est dicere ꝙ emptor potior fit in ea possessione ita ꝙ de iure ab eo non possit aduocari : Nam si quis aduocauerit eum ꝓinde est ac si non esset tradita . & si nō est aduocata sed potestᷣ aduocari nō uidetur esse tradita hec autem traditio facit emptorē dñm si uenditor erat dominus: Sed si non erat obligatus noīe euictioīs si precium sit solutum uel eo noīe satisfactū

